






Adm. Sec. 1890-91.



1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

1711-1712

# ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

---

XXI.

CANTIONES ET MOTETI.

## Lieder und Motetten

des

Mittelalters.

Herausgegeben

von

**Guido Maria Dreves,**

S. J.



---

Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1895.

CANTIONES ET MOTETTI.

# Lieder und Motetten

des

Mittelalters.

Zweite Folge:

Cantiones Festivae, Morales, Variiae.

Herausgegeben

von

**Guido Maria Dreves,**

S. J.



Leipzig.

O. R. Reissland.

1895.



JUN - 8 1938

10801

## VORWORT.

---

In der Einleitung zum XX. Teile dieser Analecta ist bereits alles Nötige auch betreffs der Lieder dieses Bandes bemerkt worden, welche, aus denselben Quellen geschöpft wie die des vorhergehenden, nur deshalb ein besonderes Heft bilden, damit der gleichmäßige Umfang der einzelnen Teile thunlichst gewahrt bliebe.

Es ist der vorliegenden Sammlung ein doppelter Anhang beigegeben worden, von denen der zweite eine Anzahl von Singweisen, der erste eine Auswahl von Texten enthält, deren Form und Bestimmung manches Rätselhafte zu bieten scheint. Was erstere betrifft, so ist keinerlei strophische Gliederung auch bei den ausgedehnteren Beispielen dieser Art zu entdecken, obschon es natürlich nicht unschwer wäre, namentlich an der Hand des Reimes, diese Lieder in Strophen oder doch Zeilengruppen zu zerlegen. Als ein Hindernis hierbei würde man nur die Ungewißheit empfinden, welche Reime vorkommenden Falles als Binnenreime betrachtet werden könnten, welche nicht.

Was die Bestimmung und den Gebrauch dieser eigentümlichen Poesieen betrifft, so ist das einzige Licht, das ich zu entdecken vermochte, in dem Umstand zu suchen, daß am Schlusse derselben meist ein oder zwei Worte mit langen neumenreichen Melodien stehen, wie z. B. in *odorem, et floreant, et exaltavi* u. a. m. Diese Worte scheinen liturgischen Texten anzugehören und unsere Lieder wären alsdann Tropen. So lautet ein kurzes Lied dieser Gattung, das ich dem Codex Laurentianus entlehne:

Locus hic terribilis,  
 Sacratus,  
 Mundo venerabilis,  
 Ornatus  
 Jubilis,  
 Fundo petrae stabilis,  
 Firmatus,  
 Per longitudinem  
 Tenditur fidei,

Per altitudinem  
 Erigitur spei,  
 Habens latitudinem,  
 Qua diffunditur  
 Amore proximi et Dei,  
 Agitur,  
 Ut in hac ecclesia  
 Beneplaceam ei,  
 Deleam vitia et confitebor.

Hierauf folgt reich neumierte die Silbe Te, zu ergänzen jedenfalls zu Terribilis. Mit diesem Worte beginnt aber der Introitus des Kirchweihfestes, auf welches auch der Inhalt obiger Verse deutet. Diese scheinen also ein Tropus zum Introitus „Terribilis“ zu sein.

Fassen wir unsere Lieder als Tropen auf, so wird es aber für uns beinahe rätselhaft, wie manche von diesen Texten in der feierlichen Liturgie zur Verwendung kommen konnten, weniger weil die meisten infolge einer uns unverständlichen Reimsucht ebenso arm an Inhalt als überladen in der Form sind, als vielmehr deshalb, weil der Gegenstand so mancher sich mit dem Zwecke und der Würde des Gottesdienstes schlechterdings nicht zu vertragen scheint. So lautet ein kurzes Lied der vorbeschriebenen Art, ebenfalls im Cod. Laurentianus, wie folgt:

Crescens incredulitas  
 Fidem domuit,  
 Jacens vilis caritas  
 Procul latuit,  
 Rerumque cupiditas  
 Os aperuit,  
 Gentes sibi creditas  
 Haec absorbuit,  
 Nil valet prudentia,  
 Nil probitatis gratia,

Sed nummorum copia  
 Prodest super haec omnia.  
 Hodie pecuniae  
 Custos diligitur,  
 O, e, o,  
 Pauper homo spernitur,  
 O, e, o,  
 Regis curia  
 Nil sine pecunia  
 Prodest morum copia.

Wenn wirklich die Beamten, die im Namen des Königs von Frankreich Recht sprachen, derart der Bestechung zugänglich waren, so würden wir eine Philippika gegen sie in einer Kanzelrede oder in einem Rügeliede, wie dieser Band deren manche enthält, am Platze, jedenfalls begreiflich finden. Was dieselben aber in einem liturgischen oder doch innerhalb der Liturgie verwandten Stücke wollen und sollen, dafür haben wir heute kein Verständnis mehr. Wurden dieselben wirklich — und daran ist wohl nicht gut zu zweifeln — in der Kirche gesungen, so

rechtfertigen dieselben vollkommen die Anschauung des Durandus (De Modo Gener. Concil. celeb. 19.): Videtur valde honestum esse, quod cantus indevoti et inordinati Motetorum et similium non fierent in ecclesia.

Eines dieser stropfenlosen Lieder, No. VIII des Anhangs, wird in der Engelberger Handschrift 314 als „De sancta Maria Mutetus“ bezeichnet. Est ist damit nicht gesagt, daß dieser Name gerade dieser uns beschäftigenden Art von Gesängen eigen sei. Es scheint im Gegenteile zweifelhaft, ob der Name Mutetus im frühen Mittelalter überhaupt eine Dichtungsart oder aber eine Kompositionsweise bedeutete. Ersteres scheinen die Verse nabezulegen, die Du Cange s. v. Motetum aus einem alt-französischen Romane de la Rose anführt:

Qu'il feist rimes jolivettes,  
Motes, flabiex! et chansonnettes,  
Qu'il vueille à sa mie envoier,

in denen das Motett augenscheinlich als eine Art von Gedicht (rimes) bezeichnet und mit chansonnettes und fabliaux auf eine Linie gestellt wird. Letzteres scheint aus einer Stelle Pseudo-Bedas bei Gerbert de Cantu et Musica Sacra II, 129 hervorzugehen, woselbst die Musik als die Wissenschaft de gravi, medio et acuto sono definiert wird „et quomodo ex his componuntur motelli (lies motetti) seu conducti vel organa“, wobei der mutetus mit dem organum, also einer Kompositionsart auf gleiche Linie gestellt wird. Letzterer Anschauung ist Gerbert gefolgt, der a. a. O. S. 129 ff. mehrere Beispiele von Motetten aus einer San-Blasianer Handschrift anführt, welche seine eigene S. 129 versuchte Definition Lügen strafen und darthun, daß ein Motett verschiedenartige poetische, ja sogar prosaische Form haben kann. Ersterer Ansicht ist Léon Gautier, der in seiner Histoire de la Poésie liturgique au moyen âge I, 183 das Motett definiert: Le mutetus est une pièce à une ou plusieurs voix qui se chante, d'une façon indépendante, à tel ou tel moment de l'office. Il faut ici se montrer large et comprendre sous cette dénomination toutes les pièces lyriques de langue latine qui ont un caractère pieux sans avoir de place déterminée dans la journée liturgique. Dieser Definition zufolge würde sich Mutetus und Cantio nur insofern nicht decken, als letzter Begriff auch jene selbständigen Lieder einschliesse, denen ihr

Inhalt einen bestimmten Platz im Officium anweist, wie die Conductus, als auch jene, die nicht beim officiellen Gottesdienste, sondern bei anderen Gelegenheiten gesungen werden sollten. Letztere Lieder hätten dann mit den Leseliern das gemein, daß sie wie diese für die Privatandacht eingerichtet, mit den Cantiones, daß sie zum Gesange, nicht zur Lektüre bestimmt waren.

Auffallend ist wie bei den Tropen so bei den Cantionen eine Vorliebe für die Dreizahl der Strophen, sei es für drei gleichen, sei es für drei verschiedenen Aufbaues. Diese Vorliebe ist nicht genügend erklärt. Sollte sie sich darauf zurückführen lassen, daß der Tropus (so gut wie der Introitus), wie Durandus in seinem Rationale mehrmals, so IV, 5 u. 6, hervorhebt, drei Teile hatte: Unde tria continet, videlicet antiphonam, versum et gloriam? Es wäre dann das häufige Vorkommen dreistrophiger Cantionen ein neuer Beweis für die Entwicklung dieser Gattung aus den Tropen.

Wien, den 14. November 1894.

**Guido Maria Dreves.**

I.

**FESTIVAE DE TEMPORE.**

---



## De ss. Trinitate.

### 1.

1. O amor, Deus, deitas,  
Majestatis essentia,  
Trinitatis societas,  
Nexus et amicitia,  
Summi boni laetitia.  
Tu sitiens societas,  
Vitae plena felicitas,  
Ex cujus influentia  
Sunt, vivunt, vigent omnia,  
O amor universitas.
2. Tu sapor ineffabilis,  
Fons debrians, quos reficis,  
Dulcor intolerabilis  
Stringis, quos unis, perficis,  
Incorporas nec sufficis;  
Vita interminabilis,  
Tu sola delectabilis,  
Impatiens pacificis,  
Dolor, qui nunquam deficis,  
Ignis inextinguibilis,  
O amor inscrutabilis.
3. Personalis proprietas,  
Nec te virtus exsuperat,  
Per te vivit aeternitas,  
Quae nunquam te prae-  
venerat,  
Sed osculum habuerat,  
Te lege, sancta trinitas,  
Familiaris unitas,  
Quae caros vincit, carcerat  
Et universis imperat,  
Libertatis securitas,  
O amor, Deus, deitas.
4. Quem nulla dimensio  
Termino metitur,  
Nec sensus intentio  
Fine deffinitur,  
Quae nunquam finitur,  
Per te rex in solio  
Sedens invenitur,  
Si curras in stadio,  
Nullo praevenitur,  
O amor, quo itur.
5. Cellarium, vinarium,  
Dives in omni gratia.  
Tu veritas et vita,  
Tu finis et principium  
Cunctorum providentia  
Qua quaeque sunt praescita,  
Per liberum arbitrium  
Currrens et necessarium  
Disponis haec et alia  
Certus sum, quod sit ita.
6. Ergo in principio  
Verbum apud Deum,  
Quem idem cum filio  
Credo sed non eum  
Et amorem meum.  
Patris sapientia,  
Splendor et figura,  
Per quem fecit omnia,  
Mira genitura  
Idem in natura,  
Candor lucis, speculum  
Patris et spectaculum  
Omnis creatura,  
Vita post futura,  
O amor, me cura.
7. O amor vincens omnia,  
Vincis invincibilem,

- Nostra victus miseria  
Deum facis hominem,  
Qui non permutatur,  
O miranda gratia,  
Quae nescit consimilem  
Placans inimicitias  
Per Mariam virginem  
Salutis originem  
Culpa superatur,  
Amor humanatur,  
O amor, qui datur.
8. Tu virtutum meritum,  
Decus et dulcedo morum,  
Vivum fers interitum,  
Introitum et exitum,  
Profectus es justorum.  
Tu sanctorum praemium,  
Tu gaudiorum gaudium,  
Tu qui cuncta contineres  
Et principatum obtines  
Regni coelorum,  
Tu es Deus deorum.
9. Tu quies hiemalis  
Et vernalis amoenitas,  
Tu fervor aestivalis  
Et es ignita caritas,  
Autumnalis fecunditas,  
Tu jubilus mentalis,  
Spiritalis festivitas,  
Amplexus nuptialis,  
Suavitas, vivacitas,  
Literalis fecunditas,  
Finis initialis,  
Post moerorem serenitas,  
Virtus imperialis,  
Plena familiaritas  
Scrutantium profunditas,  
O amor, o jucunditas.
10. Radix immortalitatis,  
Flos deliciositatis,  
Sanitatis fructus,
- Lignum vitae paradisi,  
Per te mea, me dimisi,  
Quem amisi;  
O lux inaccessibilis,  
In abyssum claritatis  
Me immersum merge satis,  
Eja da gratis,  
Quo lumini sim similis,  
O amor veni nobilis.
11. Tu es circumferentia,  
Centrum, tui positio  
Loci negat obsequia,  
Alpha et O et unctio,  
Virtus in omni medio.  
Tu gratia pro gratia,  
Quo languent desideria,  
Tuique sine socio  
Fecunda haec possessio,  
O amor amans omnia.
12. Tu genus es in genesi,  
Moralibus si pateat,  
Lux, arca, fons diluvii,  
Se mare rubrum praebeat  
Profundum, me absorbeat.  
Du et progressus Exodi,  
Columna, virga Moysi,  
Me terra mellis habeat,  
Currus Eliae provehat,  
Sacrae jungens synderesi  
O amor Hely, Heloi.
13. O amor, o sublimitas  
Me transfer ad sublimia,  
Cui vita, liberalitas  
Nec non omnipotentia,  
Tu vera sapientia,  
Rex et regalis pietas,  
Tu semper vicens novitas,  
Nova me reple gratia,  
Tibi sit laus et gloria,  
O amor, Deus, deitas.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. A. — Clm. Monacensis. (ol. Diessen.) 5539. saec. 14. B. — Cod. Graecus. (ol. Lambrecht.) 258. add. saec. 13. C. — 3, 6 De lege C. — 5, 6 quaeque sunt perfecta C. — Bis Str. 7 stimmen alle Quellen überein; Vor Str. 7 schaltet C ein:

Per te cuncta condidit,  
Quibus legem indidit,  
Ut vita, qua viverent,  
Se invicem amarent;  
En Thau signaculum,  
Luce decorans aemulum,  
Ut te plus diligere,  
Qui firmandi starent.

Dejicis belligerum  
Fortis ut mors Luciferum,  
Cujus adversarius  
De limo creatur,  
Amor operatur,  
Regnum et imperium  
Per verbum participium  
Sed bene adverbium.

Nudius vix tertius  
Reclinans damnatur,  
O amor, quo salvatur.

7, 2 in vincibilia C. — 7, 7 nescit. C. — 7, 8 inimicitiam A. — Str.  
8 u. ff. fehlen C, welches dafür die folgenden Str. einstellt:

Per te virgo salutatur,  
Flore, fructu fecundatur,  
Fit parens manens filia.  
Per quem mater honestatur,  
Inimicus amicitur,  
Datus omni gratia,  
Coelum mundo figuratur,  
Super choros sublimatur  
Angelorum in gloria,  
O amor, vincens omnia.  
Quo majestas inclinatur,  
Dei virtus infirmatur  
Cum jumentis deputatur,  
Deponitur, ligatur  
Omnipotens in stabulo.

Rex David infatuatur,  
Elisaeus incurvatur,  
Splendor patris obumbratur,  
Non noscitur, negatur  
A propriis in saeculo.  
Fortitudo fatigatur,  
Panis verus fami datur,  
Fons siccatur, vis lassatur,  
Configitur, lanceatur  
In crucis rex patibulo.  
Per te vita infirmatur,  
Totus mundus innovatur,  
Paradisus irrigatur,  
Vis moritur, mutatur  
Decorus, fit spectaculo.

O amor dulcis osculo.

In der Hs. B steht noch ein anderer verwandter Conductus, der bei  
Mone I, 237 gedruckt ist, und aus Mone bei Daniel V, 203 und Kehr-  
ein 113.

## 2.

1. Salve, pater nominum  
Omnium,  
salus fidelium,  
Tu summa spes hominum,  
Miseris  
dans solamen pium.  
Jesu, decor virginum,  
Servorum  
tuorum praemium,  
Munda sordes criminum,  
Tribuens  
reis remedium.

2. Salve, fili virginis,  
Mariae  
tu primogenitus,  
Ave, victor daemonis,  
Dei pa-  
tris unigenitus,  
A cunctis nos ruinis  
Eripe,  
rex regum, penitus,  
Cumque nobis est finis,  
Trahe nos  
ad te divinitus.

3. Salve, donum coelicum,  
 Spiritus  
     Dei qui diceris,  
 Juvamen mirificum,  
 Dulcoris  
     fons, cibus pauperis,  
 Remedium unicum,  
 Donans auxilium miseris.  
 Ave, carmen mysticum  
 Quod nunquam  
     humiles deseris,  
 Fac, trinitas  
     nos frui superis.

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14. — Vgl. Morel 79.

3.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Una trium deitas,<br/>             Non deorum colitur,<br/>         Nam conformis unitas<br/>             Deitati noscitur,<br/>         Non in esse trinitas,<br/>             Sed extra discernitur.<br/>         R<sup>o</sup> Fides est in opere,<br/>         Munus est in foedere,<br/>         Usus est in munere.</p> | <p>2. Pater idem filio,<br/>             Non idem, qui filius,<br/>         Alter idem filio,<br/>             Non alter qui filius,<br/>         Unusquisque filio,<br/>             Non ut quisque filius.<br/>         R<sup>o</sup> Fides est in opere,<br/>         Munus est in foedere,<br/>         Usus est in munere.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Alter idem alteri,  
     Quod adsistat alterat,  
 Alterum sic alteri  
     Mens et lingua conferat,  
 Ut sit idem alteri,  
     Sed in hoc non differat.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12.

4.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Salve, pater luminum,<br/>         Omnium salus fidelium,<br/>         Tu summa spes omnium<br/>         Diceris dans solamen pium.<br/>         Jesu, decor virginum,<br/>         Servorum tuorum praemium<br/>         Munda sordes criminum<br/>         Tribuens reis remedium.</p> | <p>2. Salve, fili virginis,<br/>         Mariae tu primogenitus,<br/>         Ave, victor daemonis,<br/>         Dei patris unigenitus,<br/>         A cunctis nos ruinis<br/>         Eripe, rex virginum, penitus,<br/>         Dumque nobis est finis,<br/>         Trahe nos ad te divinitus.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Salve, donum coelicum,  
Spiritus Dei qui diceris,  
Juvamen da mirificum  
Donans auxilium miseris;  
Ave, carmen mysticum,  
Quod nunquam humiles deseris,  
Fac, trinitas, nos frui superis  
In aeternum.

Cgm. Monacen. (ol. Tegurin.) 715. saec. 15.

5.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Fons, origo trinitatis<br/>Et totius deitatis<br/>Pater est principium,<br/>Attributa potestate<br/>Et conclusa veritate<br/>Gignit ex se filium.</p> <p>2. Datur natus mundo gratus,<br/>Incarnatus, illustratus,<br/>Plenus sapientia.<br/>Hi sunt pares potestate,<br/>Uniformes unitate,<br/>Gubernantes omnia.</p> | <p>3. Pari gaudent bonitate,<br/>Pari pollent dignitate,<br/>Pares sunt in gloria;<br/>Patrem nullus procreavit,<br/>Natum pater generavit<br/>Et spirat aequaliter.</p> <p>4. Sed ab his amor spiravit,<br/>Amor natum humanavit<br/>.....<br/>Per quem pater reparavit<br/>Hominem, quem sauciavit<br/>Ligni morbus graviter.</p> <p>5. Hos distinctos in personis<br/>Sed in esse et in donis<br/>Idem esse credimus,<br/>Tu nos, Deus, coeli bonis<br/>Beatorum et coronis<br/>Frui fac, exposcimus.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343 anni 1351.

Cantiones Quadragesimales.

6.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Rubens rosa, Jesu pie,<br/>Fili patris et Mariae,<br/>Sacratissimae<br/>Semper virginis,<br/>Qui pro nobis fundis<br/>Rivòs sanguinis.</p> <p>2. Nos a culpa serva puros,<br/>Actus fac servare duos<br/>Poenitentiae<br/>Condignissimae,<br/>Ne nos turpet naevus<br/>Inconstantiae.</p> | <p>3. Consolationis rorem<br/>Dona nobis et amorem<br/>Atque saporem<br/>Tui nominis,<br/>Jubar fac sentire<br/>Tui luminis.</p> <p>4. Hostis noster versipellis<br/>Non nos vincat suis bellis<br/>Seu nequitiis<br/>Aut versutiis,<br/>Per quas suis tradat<br/>Nos suppliciis.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                         |                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5. O Maria, rubens rosa,<br/>Dulcis nimis et formosa,<br/>Peccatoribus<br/>Tuis famulis<br/>Precibus succurre<br/>Nobis sedulis.</p> | <p>6. Carnem mundum zabulumque<br/>Subde, ne vincant quousque<br/>Tibi supplices<br/>Tuos famulos,<br/>Qui tres patiuntur<br/>Istos aemulos.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
7. Chori simul angelorum  
Nec non tota beatorum  
Coeli curia  
Atque patria  
Adjuvent nos secum  
Frui gloria.

Cod. Berolinen. Germ. 8<sup>o</sup> 190. saec. 15. ex. — 5, 3 und 4 umgestellt gegen den Reim. — 6, 3 Tibi et.

7.

- |                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                            |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christicola, recordare<br/>Mortis trucidis et amarae,<br/>Que li douz rois de paradis<br/>Gliscens suam reparare<br/>Plebem ab inferni lare<br/>Vult souffrir en la croiz jadis.</p>      | <p>5. Postquam nobis, quos dilexit,<br/>Cornu salutis erexit<br/>En la chartre d'enfer vilaine<br/>Atque praedam hinc evexit,<br/>Cum gloria resurrexit,<br/>Tesmoig Marie Magdelaine.</p> |
| <p>2. Lingua non posset pandere,<br/>Neque manus describere,<br/>Ne cuer pourpenser ne savoir,<br/>Nec oculus inspicere,<br/>Quantum pro nostro scelere<br/>Jesu crist vult de peine avoir.</p> | <p>6. In hac resurrectione<br/>Omnes tenentur personae,<br/>Qui en dieu croient esioir<br/>Ac magna devotione<br/>Sic dicere: Jesu bone,<br/>Vueilles noz priez oir.</p>                   |
| <p>3. Ob dolorem vitae ducis<br/>Morientis ligno crucis<br/>Les pierres et li murs<br/>fendirent,<br/>Sol radios suae lucis<br/>Texit hora mortis trucidis,<br/>Et li monuments aouvrirent.</p> | <p>7. O quam felix et amoena<br/>Et quam dulci laude plena<br/>Est ceste resurrection,<br/>In qua mundus carens poena<br/>Deo canit tensa vena<br/>En signe de redemption.</p>             |
| <p>4. Agnus misericors Dei,<br/>Quem nequissimi Judaei<br/>Crucifierent sanz raison,<br/>Vires hostis tartarci<br/>Fregit et subtraxit ei<br/>Ceus, qui tenoit en sa maison.</p>                | <p>8. Ergo tali modo praesto<br/>Actu sacro et tempesto<br/>Soion entre nos pecheur,<br/>Ut possimus Paschae festo<br/>Corde puro et honesto<br/>Recevoir nostre sauvecur,</p>             |

9. Rex, qui cum plasma superna  
 Resurrexit die terna  
 Et nous restora amitie,  
 Ab hujus mundi cisterna  
 Ad gaudia sempiterna  
 Nous moint per sa sainte pitie.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

8.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Forma poenitentium<br/>             In cruce monstratur,<br/>             Crucis sufferentia<br/>             Dum mors relegatur,<br/>             Morte crucis aspera<br/>             Vita reparatur,<br/>             Dum in cruce moritur<br/>             vita, mors fugatur.</p> | <p>2. Crux, salus, spes unica,<br/>             Lignum pretiosum,<br/>             Lignum salutiferum,<br/>             lignum gloriosum,<br/>             Lignum fugans daemones,<br/>             lignum virtuosum,<br/>             Mira Dei gratia,<br/>             lignum gloriosum.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Per te vitam ingredi  
 Det nobis mereri,  
 Qui te nostra voluit  
 peccata deleri,  
 In te, nostra gloria,  
 sit nostrum mederi,  
 In te, crux, vehicula  
 vectrix Dei veri.

Cod. Oxonien. Bodl. 832. saec. 15.

9.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Latex silice,<br/>             Mel petra profluit,<br/>             Medulla cortice,<br/>             Manna terram compluit,<br/>             In ardenti frutice<br/>             Flamma nihil destuit,<br/>             Ejicit veterna<br/>             Regulum caverna<br/>             Dextera superna,<br/>             Spiritus emanat,<br/>             Literam complanat,<br/>             Sputo caecum sanat<br/>             Lux de lumine,<br/>             Suo sanguine,<br/>             Qui librum gratiae<br/>             Scripsit immolatus.</p> | <p>2. In suppliciis<br/>             Haec suplex hostia<br/>             Dum stat in ostiis<br/>             Petit haec stipendia,<br/>             Ut de beneficiis<br/>             Recens sit memoria,<br/>             Quia pro te natus,<br/>             Pro te perforatus<br/>             Manus, pedes, latus,<br/>             Pro te se despexit,<br/>             Pro te resurrexit,<br/>             Humeris revexit<br/>             Ovem perditam,<br/>             Sequi semitam<br/>             Per haec convinceris,<br/>             Ne sis tot ingratus.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Quid, cor asperum,  
 Cor saxo durius,  
 Tot fructus operum  
 Quid reddis melius?  
 Ne dolore vulnerum  
 Frangar Dei filius,  
 Vicem quam rependis?  
 Quare non attendis,  
 Quis est, quem offendis?  
 Ergo prudens ire,  
 Diem praevenire,  
 Judicem lenire  
 Cures, opere  
 Hunc amplectere,  
 Qui tibi brachia  
 Tendit immolatus.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. C. — Cod. Guelfenhyteran. Helmstadien. 628 saec. 13. D. — 1, 6 nil destruit D, nil destituit A. — 1, 7 Eruit aeterna A. — 2, 9 Manus fehlt B. — 2, 15 Per hoc D. — Str. 3 fehlt B. — 3, 1 O cor asperum A. — 3, 5 Nec dolore A. — Cfr. Milchsack 166. — Die Aufschrift giebt A.

## 10.

### Planctus Christi morientis.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Homo, vide,<br>quae pro te patior,<br>Si est dolor<br>sicut, quo crucior,<br>Ad te clamo,<br>qui pro te morior,<br>Vide poenas,<br>quibus afficior,<br>Vide clavos,<br>quibus confodior,<br>Cum sit tantus<br>dolor exterior,<br>Interior<br>planctus est gravior,<br>Tam ingratum<br>dum te exporior. | 2. Eja, homo, quare<br>teipsum negligis?<br>Vultus adspectum<br>quare non corrigis<br>Et cur affectum<br>ad me non dirigis?<br>Erras, dum quempiam<br>plus quam me diligis.<br>Nam creaturam<br>te feci nobilem,<br>Adspectu pulchrum,<br>rationabilem,<br>Natura mitem<br>et amicabilem<br>Summique boni<br>communicabilem. |
| 3. Et tu serpentis<br>seductus flatibus<br>Illaqueasti<br>te mortis nexibus,                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |

Hinc paradisi es  
 depulsus foribus,  
 Mox occurristi  
 saevis latronibus,  
 Qui te nudatum  
 sacris virtutibus  
 Vulneraverunt  
 in naturalibus.  
 Cumque non esset,  
 qui salvum faceret,  
 De manu mortis  
 nec qui redimeret,  
 Ad te descendi  
 de patris solio,  
 Vile velatus  
 carnis cilicio,  
 Te redempturus,  
 non autem pretio,  
 Sed, sicut cernis,  
 sanguine proprio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. B. — Cod. Carnoten. 341. saec. 14. C. — Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8433. saec. 13. D. — Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. E. — Aufser B nennt auch C Philipp de Grèves als Verfasser: „Prosa Philippi, Cancellarii Parisiensis“; dagegen schreibt C das Lied dem hl. Bernhard zu. Mit Ausnahme von C haben alle andern Handschriften nur eine Strophe, die erste, die auch allein echt erscheint, weil die folgenden weder den Stil des Kanzlers verraten, noch dasselbe Versmafs bewahren, da die erste Hälfte jeder Zeile daktylisch statt trochäisch ist. Ungewifs bleibt, ob das echte Lied nur einstrophig war, oder ob die folgenden Strophen verloren sind. — 1, 2 quid pro te CD. — 1, 4 tamen planctus est C.

## 11.

### Alius Planctus.

- |                            |                             |
|----------------------------|-----------------------------|
| 1. O quotiens vos volui    | 2. Numquid inter vos vilui, |
| Blanda sub ala cogere,     | Quod crucem meam perdere    |
| Quos jam natos regenui,    | Gentem pravam sustinui?     |
| Reperditis aperui          | Nonne scitis, quod potui    |
| Viam salutis terere,       | Mihi solus sufficere        |
| Sed crucis fracto foedere, | Et angelis praecipere,      |
| Me relicto contemptui      | Ne morentur fatui?          |
| Causas vultis exquirere,   | Sed hoc crucis caractere    |
| Ne sanctorum senatui       | Plus gloriari volui,        |
| Vos possitis adjungere.    | Quos me scitis compellere.  |

Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. — 1, 1 vosfehlt. — 1, 4 Lies: Deperditis. — 2, 8 Sed homini crucis caractere. — Cfr. Milchsack 174 sq.

**12.**

*Alius Planctus.*

Homo, quam sit pura  
Mibi de te cura,  
Prout probant plura,  
Dolor et pressura,  
Verberum tritura,  
Lanceae fixura.  
Vinctus in catena  
Nulla victus poena,  
Potus in lagena

Myrrha, felle plena,  
Caesa gena, omnis vena  
Sanguine cruenta.  
Stupens haec tormenta  
Condolet natura,  
Veli fit scissura,  
Solis lux obscura,  
Patent monumenta,  
Dum sum immolatus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
Vers 3 lies: Probe probant plura? — Nach dem Zeugnisse Salimbenes ist  
dies Lied von Philippus de Grevia. Wahrscheinlich bietet die Hs. nur die  
erste Strophe des Liedes, das mir aber anderweitig nicht vorgekommen

**13.**

*Alius Planctus.*

1. O levis aurula,  
Cur credula  
Videbaris primitus,  
Quis vel qualis  
et cur erit exitus,  
Imprimi sedula,  
Cur vincula  
Velox fert interitus,  
Mors extrema  
quia mortis anhelitus.

2. Gens nimis aspera,  
Considera,  
Quod adnector nexibus,  
Sic in vestris  
cogor mori manibus,  
Per te florigera,  
Sint prospera  
Pro malorum mentibus  
Et omine  
malum malo fruentibus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**14.**

*Dialogus Virginis cum cruce.*

1. Crux, de te volo conqueri,  
Quid est, quod in te reperi,  
Fructum tibi non debitum?  
Fructus, quem virgo peperit  
Nil debet Adae veteri  
Fructum gustanti vetitum,  
Intactus fructus uteri  
Tuus non debet fieri  
Culpae non habens meritum.

2. Cur pendet, qui non meruit,  
Quid, quod te non abhorruit,  
Cum sis reis patibulum?  
Cur solvit, quod non rapuit.  
Cur ei, qui non nocuit,  
Es poenale piaculum?  
Ei, qui vitam tribuit  
Mortique nihil debuit,  
Mortis propinas poculum?

3. Te reorum suppliciis  
Te culparum flagitiis  
Ordinavit iustitia;  
Cur ergo justum impiis,  
Cur virtutem cum vitiis  
Sociavit nequitia?  
Reddatur poena praemiis,  
Offensa beneficiis,  
Honori contumelia?
4. Reis in te pendentibus,  
Homicidis, latronibus  
Inflicta maledictio,  
Justo pleno virtutibus,  
Ornato charismatibus  
Debetur benedictio;  
Ergo quid ad te pertinet?  
Cur vita mortem sustinet,  
Habitus fit privatio?
5. Virgo, tibi respondeo,  
Tibi, cui totum debeo  
Meorum decus palmitum;  
De tuo flore fulgeo,  
De tuo fructu gaudeo  
Redditura depositum,  
Dulce pondus sustineo,  
Dulcem fructum possideo,  
Mundo, non tibi genitum.
6. Quodsi mortem non meruit,  
Quid, si mori disposuit,  
Ut morte mortem tolleret?  
Lignum ligno opposuit,  
Solvit, quod nunquam rapuit,  
Ut debitores liberet;  
In Adam vita corrui,  
Quam secundus restituit,  
Ut vita mortem superet.
7. Ulmus uvam non peperit,  
Quid tamen viti deperit,  
Quod ulmus uvam sustinet?  
Fructum tuum non genui,  
Sed oblatum non respui,  
Ne poena culpam terminet;  
A te mortalem habui,  
Immortalem restitui,  
Ut mors in vitam germinet.
8. Tu vitis, uva filius;  
Quid uvae competentius  
Quam torcular, quo premitur?  
Cur pressura fit durius,  
Nisi quia jucundius  
Vinum sincerum bibitur?  
Quid uva pressa dulcius?  
Quid Christo passo gratius,  
In cujus morte vivitur?
9. Multi se justos reputant,  
Filium a te postulant  
Et ad me non respiciunt,  
Sed postquam tibi creditus,  
Est apud me depositus,  
Extra me non inveniunt;  
Quaerant in meo stipite,  
Sugant de meo palmite  
Fructum tuum, quem sitiunt.
10. Respondeas hypocritis:  
Filium meum quaeritis,  
Quem cruci dudum tradidi,  
Jam non pendet ad ubera,  
Pendet in cruce verbera  
Corporis monstrans lividi;  
Eum in cruce quaerite,  
Guttas cruentas bibite,  
Aemulatores perfidi.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Clm. Monacen. 675. saec. 15. B. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883. saec. 14/15. C. — 1, 2 Quia nunc in te C. — 1, 3 non tibi C. — 2, 2 Quid est quod te non obruit (l.: horruit) C. — 2, 4—6 fehlen C. — 2, 7 Quare qui vitam C. — 2, 8 Mortisque B. — 3, 1—3 fehlen C. — 3, 4 cum impiis C. — 3, 6 Sociante C. — 3, 7—8 fehlen B. — 5, 2 Me tibi totam debeo C. — 6, 1 Christus mortem non B. — 6, 2 Quodsi C. — 6, 3 Ligno lignum B. — 6, 5 Exsolvit quod non C. — 6, 7—9 fehlen B. — 7, 9 in vitam transeat C. — 8, 7 uva passa B. — 9, 2 Filium tuum a te. Als Verfasser bezeichnet Salimbene den Pariser Kanzler; ebenso C (fol. 79b): „Ob memoriam crucifixi scribo hanc disputationem, quam composuit cancellarius Philippus, inter matrem ipsius crucifixi et crucem.“ — Es fragt sich nur,

wieweit der Text als autentisch anzusehen ist. A hat nämlich nur Str. 1, 3 und 5, C hat Str. 1—7, B den ausführlichsten Text. Für die Echtheit des Ganzen, mindestens der ersten acht Strophen, spricht im allgemeinen der Stil, der sehr wohl zu den echten Liedern des Dichters stimmt; dagegen, daß die zweifellos echten Strophen nur zwei Reime kennen, eine Regel, von der einmal Abstand genommen in 4, 7 und 8, in 7, 1 und 2, vollständig in Str. 9 und 10; diese letzten beiden dürfen wohl sicher als spätere Bereicherung anzusehen sein. Die Melodie des Liedes, richtiger eine Melodie des Liedes, hat nach Salimbene der Franciskaner Heinrich von Pisa gemacht.

### 15.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. O crux, ave, spes unica,<br/>         Signum mitibus mite,<br/>         In paradisi chronica<br/>         Te signat arbor vitae,<br/>         Ligna Abrahamitae,<br/>         Jacob manus cancellans,<br/>         Tau in liminari,<br/>         Serpens in palo pari,<br/>         Moyses orando bellans.</p> | <p>2. Ecce, crucem Domini,<br/>         Daemon cedat numini,<br/>         Fuge, pars adversa,<br/>         Perversa, eversa<br/>         Hoc signo.<br/>         Gigas fati gemini<br/>         Militavit homini,<br/>         Collegit dispersa,<br/>         Diversa, conversa<br/>         In ligno.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Ergo per signum crucis,  
 Per signum summi ducis,  
 Per ducem summae lucis  
 Libera nos, Deus.  
 Sit nobis crux tutamen,  
 Lorica, pax, solamen,  
 Sit scutum sine tamen,  
 Annus jubilaeus.

Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — 2, 6 fatis geminis C. — 2, 7 hominis C. — 3, 7 lesen alle drei Quellen wie oben; dennoch dürfte ein Verschreiben vorliegen; lies: scutum, linitamen (statt linitamentum)? — Cfr. Milchsack 177.

### 16.

De clavo Christi.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Clavus pungens acumine,<br/>         Dum carnem Christi perforat,<br/>         Ex vulnere foramine<br/>         Passionem commemorat,<br/>         Cujus dum madet sanguine,<br/>         Nos perfundens dulcedine,<br/>         Christo crucis imagine<br/>         Conformatos incorporat.</p> | <p>2. O manuum confixio,<br/>         O pedum perforatio,<br/>         Quibus Christus confoditur,<br/>         Cujus dum caro scinditur,<br/>         Et clavorum mysterio<br/>         Regnum coelorum panditur,<br/>         Coelestis fabri studio<br/>         Clavus in clavem vertitur.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Vobis loquor pastoribus,  
Vobis, qui claves geritis,  
Vobis, qui vitae luxibus  
Claves Christi rejicitis,  
Vos lupi facti gregibus,  
Membra Christi configitis  
Et abutentes clavibus  
Claves in clavos vertitis.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

# 17.

Laus in Festo Palmarum.

- |                                                                                                             |                                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecce, rex desiderabilis,<br>Gloria patris altissimi,<br>Factus homo visibilis<br>In asino venit humilis. | 4. O qualis haec mutatio,<br>Dum crucis in patibulo<br>Missus a regni solio<br>Mundi fit abjectio.                   |
| 2. O tu Sion filia,<br>Pia pande desideria,<br>Exsulta satis et jubila,<br>Te vere decent gaudia.           | 5. O quam stupenda pietas,<br>O, quam fervens haec caritas,<br>Per quam tibi, o trinitas,<br>Tanta placet humilitas. |
| 3. Ab Hebraeorum populo<br>Jucunda fit processio,<br>Clamatur: in altissimo<br>Hosanna David filio.         | 6. O qualis es, tu asine,<br>Qui regem portas gloriae<br>Carnis tectum velamine,<br>Quem coeli colunt curiae.        |
| 7. O angelorum gloria,<br>Tibi grata sit haec familia,<br>A qua tibi pro raza<br>Datur laus et gloria.      |                                                                                                                      |

Grad. ms. Porcetense saec. 12/13. Cod. Darmstadien. 931. add. saec. 14. —  
1, 1 rex tuus desiderabilis. — 7, 3 pro raza.

# 18.

In Parasceve.

Fas legis praeae, typici tu victima Paschae,  
Qui non solvisti, sed Adam novus omne novasti,  
Teque quaternorum qui symbolo discipulorum  
Ablueras mentes sorde simulque pedes.  
Vere tu potus hyperousion ipse cibatus  
Emmanuel vite nobis sitientibus vitae,  
Mite salutare mundi, mors mortis amarae,  
Non homo sed vermis, eremi suspendulus anguis,  
Qui in cruce solvebas moriens, quae non rapiebas.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB I Ase. 95.

Cantiones Paschales.

19.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Laudet laetus noster coetus<br/>Viventem cum mortuis,<br/>Qui nos emit et redemit<br/>Sanguinem per proprium.</p> <p>2. De figura nulla cura,<br/>Quia venit Dominus,<br/>Venit Jesus sponte laesus,<br/>Ut deleret facinus.</p> <p>3. Mortem passus, nunquam lassus<br/>Quievit per triduum,<br/>Jam surrexit et erexit,<br/>Tempus habens congruum.</p> | <p>4. Orcum fregit et elegit<br/>Sanctorum consortia,<br/>Hos amavit, quos ornavit<br/>Immortali gloria.</p> <p>5. Ita gessit, et recessit<br/>[Ululans] daemonium,<br/>Videns, quia miseria<br/>Versa est in gaudium.</p> <p>6. Ergo plaude, ergo gaude<br/>Laudans Dei filium,<br/>Plebs, quam lavit et sanavit<br/>Gratia non merito,</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Ore vero, corde mero  
Benedicat Domino.

Grad. ms. Porcetense saec. 12/13. Cod. Darmstadien. 931. add. saec. 14. — 1, 1 Gaudet. — Als Rundreim wiederholt sich 1, 3 sq. Diese Verse gehören aber von rechts wegen zu 6, 1 und 2, mit denen sie eine Strophe bilden. Dann wäre entweder 1, 1 und 2 der Rundreim oder es sind hinter 1, 2 zwei Zeilen ausgefallen. — Die Aufschrift lautet in der Hs. Laus de resurrectione DN.

20.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Aeterni patris filius<br/>Nostrum videns interitum<br/>Condoluit,<br/>Quod nos tenuit<br/>Satan atque videri<br/>Non renuit,<br/>Quod sic voluit<br/>Nos ab hoste tueri.</p> <p>2. Natus est nobis Dominus,<br/>Nostrum diluens facinus<br/>Illuditur,<br/>Alapis caeditur,<br/>Nudus expoliatur,<br/>Conspuitur,<br/>Crucifigitur,<br/>Saeva morte damnatur.</p> | <p>3. Ante tempora genitus,<br/>Totius mundi Dominus,<br/>Dum nascitur,<br/>Salus exoritur,<br/>Via vitae donatur;<br/>Dum patitur,<br/>Satan affigitur,<br/>Vita recuperatur.</p> <p>4. Inferni portas spolia<br/>Die resurgens tertia,<br/>Qui voluit,<br/>Vivus apparuit,<br/>Vitae dans documenta.<br/>Apparuit,<br/>Diu quod latuit,<br/>Dragma vetus inventa.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

5. Nos igitur ex debito  
 Benedicamus Domino,  
 Qui aethera  
 Nobis indebita  
 Nos amore reduxit,  
 Gaudia  
 Donans eximia  
 Dies nobis illuxit.

Cod. Cantabrigen. Ff I 17 add. saec. 13. — 1, 2 lies: Nostros videns interitus? — 5, 6 fehlt eine Silbe.

## 21.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Alma dies, dulcis qui es,<br/>         Cum triumphi cumulo<br/>         Leo fortis, victor mortis,<br/>         Qua surgit de tumulo.<br/>         Felix dies, felix hora,<br/>         Qua ad superiora<br/>         Victor redit sine mora.</p> <p>2. Dies laeta sine meta,<br/>         O dies victoriae,<br/>         In qua mortem vicit fortem<br/>         Rex aeternae gloriae.<br/>         Mira peregit,<br/>         Tartara confregit<br/>         Et hostem subegit.</p> <p>3. Lux laudanda et ornanda<br/>         Omni reverentia,<br/>         Quam sacrauit, quam beavit<br/>         Divina potentia.<br/>         O dies amabilis,<br/>         Quae nunquam labilis,<br/>         Sed semper stabilis.</p> | <p>4. Haec peccatum veteratum<br/>         Fugat et interitum,<br/>         Beatarum animarum<br/>         Pium servans meritum.<br/>         O dies beata,<br/>         Nulli comparata,<br/>         Qua mors est fugata.</p> <p>5. Resurrexit et revexit,<br/>         Quos sorbuit interitus,<br/>         Conlaetatur, comitatur<br/>         Chorus hunc angelicus.<br/>         O dies magna Dei,<br/>         Dies nostrae spei,<br/>         Dies requiei.</p> <p>6. Nobis vitam infinitam<br/>         Dat vera resurrectio,<br/>         Ista lux nostra dux,<br/>         Sit salus et protectio.<br/>         Christo sociemur,<br/>         Christum contemplemur,<br/>         Christo conlaetemur.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Orat. ms. saec. 15. Cod. Mus. Hildesheimen. 383; mit Neumen.

## 22.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christus vicit resurgendo,<br/>         Saevum hostem reprimendo,<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Ey, surrexit rex gloriae.</p> <p>2. Quasi leo in triduo<br/>         Vivus redit de tumulo.<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Ey, surrexit rex gloriae.</p> | <p>3. A tartaris nos redemit,<br/>         Culpam Adam qui peremit.<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Ey, surrexit rex gloriae.</p> <p>4. A peccatis nos abluit,<br/>         Qui se pro nobis obtulit.<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Ey, surrexit rex gloriae.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                      |                                                                                                                |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5. Laudes dignas jubilantes,<br/>Voce laeta resonantes,<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Ey, surrexit rex gloriae.</p> | <p>6. In hoc paschali gaudio<br/>Benedicamus Domino.<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Ey, surrexit rex gloriae.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Grad. ms. Moshurgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157.

### 23.

- |                                                                                                                              |                                                                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Corde vero<br/>Ac sincero<br/>Nos concedet psallere<br/>Et psallentes<br/>Nostras mentes<br/>Ad Christum erigere.</p>  | <p>5. Vita mundo<br/>Moribundo<br/>Christi morte redditur,<br/>Mors devicta<br/>Ut afflicta<br/>Gemit et conqueritur.</p>      |
| <p>2. Ecce certum<br/>Et apertum,<br/>Qualiter hoc tempore<br/>Actor lucis<br/>Sanctae crucis<br/>Vicerit in arbore.</p>     | <p>6. Hinc descendit,<br/>Qui pependit<br/>Pro redimendis suis,<br/>Ad inferna,<br/>Die terna<br/>Resurgens a mortuis.</p>     |
| <p>3. Laude dignum<br/>Est hoc lignum,<br/>Quo nos suo sanguine<br/>Christus lavit<br/>Et purgavit<br/>A noxae caligine.</p> | <p>7. O quam grata<br/>Et beata<br/>Est haec resurrectio,<br/>Per quam vitae<br/>Victo Dite<br/>Datur reparatio.</p>           |
| <p>4. Agnus Dei,<br/>Quem Judaei<br/>Occidere perfidi,<br/>Sua morte<br/>Claustra forte<br/>Hostis fregit callidi.</p>       | <p>8. Fractis portis<br/>Domus mortis<br/>Rex triumphat aetheris,<br/>Cum dilectis<br/>Hinc ejectis<br/>Rediit ab inferis.</p> |
| <p>9. Ergo toto<br/>Cordis voto<br/>Oremus, ut gaudium<br/>Nobis caeli<br/>Praestet Heli<br/>Per crucis mysterium.</p>       |                                                                                                                                |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13. — 5, 1 Vitam. — 5, 3 reddidit.

24.

1. Orthodoxe plaudite,  
Spiritus immundi  
Expurgato fomite,  
Atque laetabundi  
*Avà* Deo psallite,  
Quia moribundi  
Vera fides geniti  
purgavit crimina mundi.
2. Adam per consilium  
Propriae consortis  
Transgressus imperium  
Regis summi fortis,  
Ad nostrum exitium  
Fructum dirae sortis  
Hausit, eo cunctis  
miscendo pocula mortis.
3. Christus optans vincere  
Acherontis ducem  
Illius et frangere  
Pressionem trucem  
Atque suis reddere  
Paradisi lucem,  
Probra pati voluit,  
sputa, flagella, crucem.
4. Quisquis per exsilia  
Mundi hujus viat,  
Omni concidentia  
Posttergata sciat,  
Quod Christi clementia  
Noxae caedes piat,  
Ut poena careat  
homo, purus crimine fiat.
5. O quam frugi passio  
Nostri salvatoris  
Ac sui effusio  
Beati cruoris,  
Dulci cujus pretio  
Humani languoris  
Vulnera dum sanat,  
dolor est medela doloris.
6. Rex terrae et aetheris  
Et qui cuncta regit,  
Qui pro nobis miseris  
Occasum elegit  
Atque regem sceleris  
Moriens subegit,  
Nobis surrexit,  
qui nobis tartara fregit.
7. O Christe propitie,  
Qui tuae gravamen  
Visitans familiae  
Per mortis examen  
Reddidisti gloriae  
Aeternae solamen,  
Unicus in trino  
sis benedictus, amen.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15313. saec. 13. — 4, 3 lies: con-  
scientia? — 4, 6 scaedes.

25.

1. Corusca Sion inclitis  
Ornatibus cum gloria,  
Post Christi, tui capitis,  
Completa bene proelia  
Reduxit mira gratia  
Per protoplastum perditis  
Beata nobis gaudia.
2. Fractis tyranni viribus  
Hostiles portae pereunt,  
Ex mortis tractos faucibus  
Teneri seris nequeunt,  
Erepti laudes evehunt,  
Et cum trophaei cantibus  
Vexilla regis prodeunt.

3. En remeans ab inferis  
 Truso triumphat funere,  
 Tollens de domo carceris,  
 Quos facit fauste vivere,  
 Laetos optatum cernere  
 Tamquam post noctem oneris  
 Jam lucis orto sidere.
5. Declarat se discipulis  
 Pulso dolorum turbine,  
 Cor lenit in sub epulis  
 Et corporis indagine,  
 Quod sumpserat de virgine,  
 Princeps occasus insulis  
 A solis ortus cardine.
4. Refloruit ut lilium  
 Caro pastoris fulgidi,  
 Grex plaudat ejus ovium  
 Et convertuntur perfidi,  
 Revixit junctus lapidi,  
 Sit vox melorum dulcium  
 Ad coenam agni pro-  
 vidi.
6. Surgente mundi domino  
 Fit recens rerum series,  
 Dempto sopore pristino  
 Pubescit terrae facies,  
 Arridet una species  
 Tibi carenti termino,  
 Christe, qui lux es et  
 dies.
7. Lota peccati macula  
 Conetur quisque penitus  
 Hac renovari formula,  
 Nec differatur aditus,  
 Ut des hic manna, coelitus  
 Ad nostrae mentis vascula  
 Veni, creator spiritus.

Cod. Trecent. (ol. Claraevallen.) 990. saec. 12. add. saec. 12/13.

## 26.

1. Cum rex Christus gloriae  
 Gehennae claustra penetiat,  
 Sanctos suos redimens,  
 Victor inde remeans,  
 Diem istam consecrans.
4. Salve, nox optabilis,  
 Paschalis nox nobilis,  
 Quae beata diceris  
 Meritis praecipuis,  
 Christus in qua surrexit.
2. Angelorum exercitus  
 Exsultando progreditur,  
 Victoris boni gloriam  
 Proclamando nuntiat,  
 Per quam mundo datur pax.
5. Gaudet solum hac die,  
 Qua surgit victor gratiae  
 Coelum replens gaudio,  
 Hominem solatio.  
 . . . . .
3. Portas vestras, principes,  
 Rex adest, dicunt, tollite,  
 Introibit potens rex,  
 Regum Dominus et rex,  
 Desperatis factus spes.
6. Christus, salus humilium,  
 Devicit hostem saevissimum,  
 Regnum ejus destruens  
 Hominemque liberans,  
 Paradisum reserans.

7. Coelum, terra jubilat  
Et quod in eis habitat,  
Et nos nunc cum gaudio  
Benedicamus Domino  
Alleluja psallendo.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Mus. Hildesheimen. 380; mit Neumen.

27.

- |                                                                                                                         |                                                                                                                   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Gratulemur,<br>dies est laetitiae,<br>Resurrexit<br>verus pastor hodie,<br>Qui nos dono<br>reformavit gratiae.       | 3. Resurrexit<br>agnus factus hostia,<br>Morte sua<br>nostra mundans vitia,<br>Nos ad vitae<br>revocavit praemia. |
| R <sup>o</sup> Resurrexit et revexit<br>Hominem ad patriam,<br>Quem seduxit et perduxit<br>Hostis ad miseriam.          | R <sup>o</sup> Resurrexit et evexit<br>Hominem ad patriam,<br>Quem seduxit et perduxit<br>Hostis ad miseriam.     |
| 2. Resurrexit,<br>quique mori venerat,<br>Ut deleret,<br>quod hostis intulerat,<br>Ne periret,<br>quod prius ceciderat. | 4. Ergo pura<br>nostra sit devotio,<br>Ut redempti<br>a mortis supplicio,<br>Benedicat<br>tanto Dei filio.        |

Cod. Cantabrigen. Ff. I 17. add. saec. 13.

28.

- |                                                                                                                           |                                                                                                                   |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Exsultemus<br>et laetemur hodie,<br>Dies ista<br>dies est laetitiae,<br>Alleluja,<br>resurrexit Dominus.               | 3. Ex Aegypto<br>captivati fugiunt,<br>Et ad vitam<br>peccatores redeunt,<br>Alleluja,<br>resurrexit Dominus.     |
| 2. Exsultandi<br>et laetandi tempus est,<br>Pascha nostrum<br>Christus immolatus est,<br>Alleluja,<br>resurrexit Dominus. | 4. Christus portas<br>aeternales diruit<br>Et captivis<br>libertatem tribuit,<br>Alleluja,<br>resurrexit Dominus. |

5. In hoc ergo  
jubilaei termino  
Servus liber  
benedicat Domino,  
Alleluja,  
resurrexit Dominus.

Cod. Graecen. (ol. Secovien.) 756. anni 1345.

29.

- |                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                           |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. O Jesu admirabilis,<br>O laude plus laudabilis,<br>O gaudium mellifluum,<br>Amor cordis . . . . .<br>Irriguum,<br>Totus desiderabilis.                    | 7. O quam felix miseria,<br>Quae gratia, quae gloria!<br>En, qui cunctis dissimilis,<br>Deus nobis fit similis<br>Et humilis,<br>Quis unquam vidit talia? |
| 2. O lumen indeficiens,<br>Afficiens, reficiens,<br>Sufficiens, alliciens,<br>Fruentes te perficiens,<br>Nos sitiens,<br>Fons vitae indeficiens.             | 8. Senex dierum nascitur,<br>Lux nova nobis oritur,<br>Rex habitat in stabulo,<br>Aeternitas in saeculo,<br>Patibulo<br>Mors morte victa moritur.         |
| 3. Ab aeterno provideras,<br>Praesciveras, nos noveras,<br>Elegeras, dilexeras,<br>Pravosque reprobaveras,<br>Taxaveras,<br>Quae post daturus fueras.        | 9. Involvitur, fit habilis,<br>Majestas et tractabilis,<br>Amplexus praebet, oscula,<br>Distentus expiacula,<br>Dans pocula<br>Vitae amor amabilis.       |
| 4. Dilexisti nos nimium,<br>Fons vitae, vita, gaudium,<br>Semperque tibi fuimus,<br>Qui nondum esse coepimus,<br>Exstitimus<br>Aute omne principium.         | 10. Domus fortis diripitur,<br>Sede potens dejicitur,<br>Pax depraedatur inferos,<br>Captivos ducit miseros<br>Ad superos,<br>Salus nostra perficitur.    |
| 5. Et, ecce, Christus aderat,<br>Et quos praedestinaverat<br>Creatrix sapientiae,<br>Plasmatur in miseria<br>Et gratia<br>Salvatur, quod perierat.           | 11. Cujus justum judicium<br>Inter justum et impium,<br>Supplicium vel gaudium,<br>Finis hic erit omnium,<br>Per medium<br>Regressus ad principium.       |
| 6. Tota massa corrumpitur,<br>Placens inde eligitur,<br>Abjicitur, quod displicet,<br>Hoc totum mundus continet,<br>Sed indicet,<br>Nobis qui puer nascitur. | 12. Angelorum et hominum<br>Te jucundum consortium<br>Et unum necessarium<br>Nostrum, Mariae praemium<br>Et gaudium<br>Per Jesum Christum Dominum.        |

Clm. Monacen. (ol. Altahen.) 9624. saec. 13.

30.

1. In paschali gaudio,  
Coelum, terra plaudat,  
Jesu namque passio  
Evae mortem damnat;  
Christus cruce moritur,  
Caro busto traditur,  
Anima abyssum  
Destruit et spoliat,  
Vinctos inde liberat,  
Reddit paradisum.
2. Ex inferno rediens  
Praeda secum pergit,  
Flatum carni uniens  
Gloriose surgit;  
Matrem tristem visitat,  
Liberum se comprobat  
Mortis ab aerumnis,  
Edens cum discipulis,  
Apparendo feminis,  
Fidei alumnis.
3. Salvatoris vulnera  
Thomas contrectavit,  
Ejus cor et latera,  
Fidem solidavit;  
Gaudet de victoria  
Christi de tribu Juda  
Quisque electorum,  
Quibus mandat Dominus,  
Fidem fari gentibus  
Et regnum coelorum.
4. Voces nostrae gloriam  
Resurgenti Christo  
Suam ob victoriam  
Dicant corde toto,  
Alleluja jugiter  
Resonemus dulciter,  
Qui sumus saluti  
Corporis et animae  
Ac coelestis patriae  
Viis restituti.
5. Surgere a vitiis  
Fac nos ad virtutes  
Sacrisque deliciis  
Reple hic degentes;  
Jesu, coeli gaudium  
Et corona virginum,  
Pacis fer solamen,  
In extremo tempore  
Tecum quoque vivere  
Praesta nobis. Amen.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19824. anni 1490. — 3, 3 cor et altera. —  
3, 4 Fide.

31.

1. Qui passus est pridie,  
Resurrexit hodie,  
Novus gigas  
geminæ substantiae,  
Resurrexit  
hodie rex gloriae.
2. In manu potentiae  
Resurrexit hodie,  
Redemit nos  
de lacu miseriae,  
Resurrexit  
hodie rex gloriae

- |                                                                                                                                             |                                                                                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Morte carnis propriae<br/>Resurrexit hodie,<br/>Triumphavit<br/>    tyrannum nequitiae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p> | <p>6. Perit vox tristitiae,<br/>Resurrexit hodie,<br/>Servitutis<br/>    perit vox moestitiae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p> |
| <p>4. Agnus innocentiae<br/>Resurrexit hodie,<br/>Debellavit<br/>    principem malitiae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p>      | <p>7. Verus sol justitiae<br/>Resurrexit hodie,<br/>Hebraeorum<br/>    transeunt reliquiae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p>    |
| <p>5. Radix stirpis regiae<br/>Resurrexit hodie,<br/>Vicit leo<br/>    leonem superbiae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p>      | <p>8. Gaudeant ecclesiae,<br/>Resurrexit hodie,<br/>Haec est dies<br/>    aeternae memoriae,<br/>Resurrexit<br/>    hodie rex gloriae.</p>   |
9. Sit laus regi gloriae,  
    Qui surrexit hodie,  
    Sit per cuncta saecula  
    Pax to dem nigen clostere.

Orat. ms. Caeciliae Hughen anni 1524. Cod. Stuttgartien. (ol. Miss. Hamburg.) 1b 22. — Cäcilia Hughen war Nonne in dem s. g. Neukloster bei Buxtehude; daher 9, 3 sq.

### 32.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Choro jucundo<br/>Atque laetabundo<br/>Grates solvamus<br/>    Christo Domino,<br/>Qui nos benigne<br/>Redemit ab igne<br/>Diri tyranni<br/>    Pharaonico,<br/>Bonitate propitia<br/>    qui cunctos liberavit;<br/>Meritis nostris<br/>    nos non reparavit,<br/>Sed nos salvavit<br/>    sua gratia,</p> | <p>2. Ave, Maria,<br/>Rege nos hac via,<br/>Nobis tu gratum<br/>    sis remedium,<br/>Voces exaudi<br/>Miserorum, audi<br/>Ad te clamantes<br/>    ut Theophilum<br/>Poenitentem, qui gratiam<br/>a Deo impetravit,<br/>Per te donavit<br/>    veniam, salvavit,<br/>Quem perduxit<br/>    ad coelestia.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Sic nos, Maria,  
 Maris stella pia,  
 Ad paradisi  
 duc palatia,  
 Ut te laudemus,  
 Tecum jubilemus  
 Gaudio coeli  
 cum laetitia;  
 Maria, tu remedium  
 cunctis adfuisti,  
 Tu liberasti,  
 quod Eva damnavit  
 Persuasione  
 diabolica.

*Cod. Maibingen. (ol. Kirchheimen.) II 2. 8° 13. saec. 16. — 1, 7 Dire. — 1, 9 Bonitate propria, bei welcher Lesart eine Silbe fehlt.*

### 33.

- |                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Haec est dies triumphalis,<br>Mundo grata perditio,<br>Dans solamen nostris malis<br>Hoste jugo subdito,<br>Haec est Deo specialis,<br>Tanto nitens merito,<br>Quod peccati sit finalis<br>Mali malo irritio. | 2. Duce fraudis demolito<br>Terris pax indicitur,<br>Et exhausto aconito<br>Salus aegris redditur;<br>Morte mortis morsu trito<br>Vitae spes infunditur,<br>Claustro pestis inanito<br>Nefas omne pellitur. |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Cum nos Christus fecundare  
 Tanto vellet foedere  
 Et se morti gratis dare  
 Pro reorum scelere,  
 Jure decet hunc laudare  
 Et ei consurgere,  
 Pascha novum celebrare  
 Corde, voce, opere.

*Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — 1, 7 fit A. — 3, 3 mortis B. — Cfr. Milchsack 190 sq.*

### 34.

- |                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Eja, stematica<br>Vocis harmonia<br>Festa paschalia<br>Celebrentur,<br>Musica melica,<br>Rhythmica, metrica<br>Jam nova cantica<br>Modulentur. | 2. Pronomen nemenon<br>Hypate hypaton<br>Resonet commeson<br>Tetrachordo<br>Nethesi hemeron<br>Cum die zemerom<br>Pos pangant meloron,<br>Poscit ordo. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Absit sismatic  
 Per diaschismata  
 Varians organa  
 Cantilena,  
 Sed diatonica  
 Temperat neumata  
 Vox consonantia  
 Morum plena.  
 R<sup>o</sup> Sanctus sanctorum,  
 Festa festorum,  
 Resurrexit,  
 Plebs fidelis jubilet  
 Gaudeat ecclesia.

Cod. Cantabrigen. Ff. I 17. saec. 13. — 1, 1 Lies thematica? — Die zweite Strophe bleibt unverständlich, obschon man im allgemeinen errät, daß von *ἐπάτη, μέση und ῥήτη* die Rede ist. — 2, 7 ist vielleicht Vox pangat melodon zu lesen. — 3, 1 lies entweder sigmatica (von *σῆγμός*) oder schismatica.

### 35.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Novum sibi texuit<br/>             Dominus lumbare,<br/>             Volens, quod computruit,<br/>             In hoc compensare;<br/>             Sterilis, laetare,<br/>             Nam tot Christo paries,<br/>             Ut Judaeum supplantare<br/>             Tuus possit paries.</p> | <p>2. Prius tactu fimbriae<br/>             Menstrua curatur,<br/>             Jairi quam filiae<br/>             Sanitas reddatur,<br/>             Per acum intratur<br/>             Camelus gentilium,<br/>             Nec Helias aspernatur<br/>             Viduae tugurium.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Esau repudiat,  
 Jacob Christus gratis  
 Vocat et initiat  
 Fide trinitatis,  
 Cujus dignitatis  
 Signum dedit gentibus  
 Jacob natis cancellatis  
 Benedicens manibus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Sequent. ms. Praedicatorum saec. 13. Cod. Sangallen. 383. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — 2, 6 Camelis A. — Cfr. Milchsack 201.

### 36.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                            |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Relegata vetustate<br/>             Vetus homo renovetur,<br/>             Ut in sancta novitate<br/>             Sanctum pascha celebretur,<br/>             Et in malis deformatus<br/>             Christo psallat reformatus,<br/>             Ut eidem conformetur.</p> | <p>2. Nec te credas renovari,<br/>             Nisi prius expurgari<br/>             Mentem velis a fermento,<br/>             Quia verus<br/>             Agnus sum momento<br/>             Pro te passus<br/>             Immolari.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Vere lucis matutino,  
Non legali, sed divino  
Agnō decet resurgere  
Corde, ore et opere,  
Sic benedicamus Domino.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. 930 (33—23). B. — Cod. Guel-  
fenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — 2, 4 verus fehlt C. — Cfr.  
Milchsack 196.

37.

- |                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Sion, gaude, duc choreas<br/>praecine sodalibus,<br/>Trepant pedes, eant manus,<br/>nec sit modus gestibus,<br/>Tuus David tympanizat<br/>et se portat manibus,<br/>Sic rex Achis incantatur<br/>captus novis fraudibus.</p> | <p>2. David Christus, Achis daemon,<br/>Sion est ecclesia,<br/>Tympanistes fuit Christus,<br/>dum sacrat jejunia,<br/>Se portabat, dum in coena<br/>suis datur hostia,<br/>Hostis unde spoliatur,<br/>Sion habet spolia.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Hic est David, qui prostravit  
Philistaeum lapide,  
Gloriantur et laetantur  
turbæ prius pavidæ,  
Solus reus rex Hebraeus  
ut Saul fuit invidæ,  
Placat illum intranquillum  
pius pater Ididæ.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. A. — Cod. Remen. 743  
(1043) saec. 13. ex. (daraus in: Neues Archiv XVIII, 518). B. — 1, 1 Sion  
plaude B. — 1, 3 Strepent pedes B. — 1, 7 incurvatur B. — 2, 5 Sese  
portat dum B. — 3, 3 Conlaetantur, gloriantur B. — 3, 6 Ut fehlt B.

38.

- |                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Tu deitati<br/>Carnem unisti,<br/>Tu pro me pati<br/>Sustinuisti,<br/>Nemo tanta fieri<br/>Potest promereri,<br/>Sed tu cordi miseri<br/>Da misericordiam.</p> | <p>2. Tu pro me mori<br/>Non horruisti,<br/>Reddi favori<br/>Quid valet isti?<br/>Nihil potest muneri<br/>Tanto par censeri,<br/>Tuæ manus operi<br/>Da misericordiam.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Morte tu morti  
Mortem dedisti,  
Tartara forti  
Manu fregisti;  
Vitae suae merito  
Nemo potest niti,  
Ergo tuo militi  
Fac misericordiam.

Cant. ms. Toletanum saec. 13/14. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—32).

### 39.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Unicornis captivatur,<br/>Aulae regum praesentatur<br/>Venatorum laqueo,<br/>Palo serpens est levatus,<br/>Medicatur sauciatus<br/>Veneno vipereo.<br/>R<sup>o</sup> Alleluja canite<br/>Aguo morienti,<br/>Alleluja pangite,<br/>Alleluja promite<br/>Leoni vincenti.</p> | <p>2. Pelicano vulnerato<br/>Vita reedit pro peccato<br/>Nece stratis misera,<br/>Phos phoenicis est exusta,<br/>Concremanturque vetusta<br/>Macrocosmi scelera.<br/>R<sup>o</sup> Alleluja canite<br/>Aguo morienti,<br/>Alleluja pangite,<br/>Alleluja promite<br/>Leoni vincenti.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Hydrus intrat crocodillum,  
Extis privat, necat illum,  
Vivus inde rediens;  
Tris diebus dormitavit  
Leo, quem resuscitavit  
Basileus rugiens.

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14. — 3, 1 Idrus intrat cocodrillum. —  
Vgl. Morel 71.

### 40.

- |                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Veris ad imperia<br/>Renascentur omnia,<br/>Amoris prooemia<br/>Corda premunt saucia<br/>Quaerula melodia<br/>Gratia praevia,<br/>Corda marcentia<br/>Media.<br/>Vitae vernat flos<br/>Intra nos.</p> | <p>2. Suspirat luscinia,<br/>Nostra sibi conscia<br/>Impetrent suspiria,<br/>Quod sequatur venia,<br/>Dirige, vitae via,<br/>Gratia praevia<br/>Viae dispendia<br/>Gravia.<br/>Vitae vernat flos<br/>Intra nos.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**41.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. De patre principio,<br/> <i>Gaudeamus, eia,</i><br/>         Filius principium,<br/> <i>Cum gloria.</i></p> <p>R<sup>o</sup> Novum pascha<br/>         Praedicat ecclesia,<br/>         Gaudeamus, eia.</p> <p>2. Patris ex palatio,<br/> <i>Gaudeamus, eia,</i><br/>         Matris in palatium,<br/> <i>Cum gloria.</i></p> | <p>3. Pro mortis exsilio,<br/> <i>Gaudeamus, eia,</i><br/>         Venit in exsiliū<br/> <i>Cum gloria.</i></p> <p>R<sup>o</sup> Novum pascha<br/>         Praedicat ecclesia,<br/>         Gaudeamus, eia.</p> <p>4. Miserandi termini,<br/> <i>Gaudeamus, eia,</i><br/>         Videns auctor terminum<br/> <i>Cum gloria.</i></p> <p>5. Toga carnis Dominum,<br/> <i>Gaudeamus, eia,</i><br/>         Tegit verbum Domini,<br/> <i>Cum gloria.</i></p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Die Lieder 41—72 inklusive stehen in der XIII. Abteilung des Cod. Laurentianus und sind nach dem in der Einleitung zu Heft XX bemerkten von einem Verfasser, der vielleicht Philippus de Grevia ist.

**42.**

- |                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Felix dies et grata,<br/> <i>Haec est dies optata,</i><br/>         Dies, nostri<br/>         doloris terminus,<br/>         Haec est dies,<br/>         quam fecit Dominus.</p> | <p>2. Dies purgans peccata,<br/> <i>Haec est dies optata,</i><br/>         Dies purgans<br/>         humanum facinus,<br/>         Haec est dies,<br/>         quam fecit Dominus.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Est romphea sublata,  
*Haec est dies optata,*  
 Vires frangit  
 hostis serpentinus,  
 Haec est dies,  
 quam fecit Dominus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 3, 4 scheint verschrieben; lies: hostis haec protinus?

**43.**

- |                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Decet vox laetitiae,<br/> <i>Credendum est Mariae,</i><br/>         Restitutos patriae<br/>         Postliminio;<br/>         Credendum est Mariae<br/>         Testimonio.</p> | <p>2. Miseris miseriae,<br/> <i>Credendum est Mariae,</i><br/>         Christus gentis propriae<br/>         Fit oblatio;<br/>         Credendum est Mariae<br/>         Testimonio.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Fermentum malitiae,  
*Credendum est Mariae,*  
 Carens hujus hostiae  
 Fit refectio;  
*Credendum est Mariae*  
 Testimonio.

4. Deo patri gloriae,  
*Credendum est Mariae,*  
 Placeat ecclesiae  
 Vox et actio;  
*Credendum est Mariae*  
 Testimonio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 44.

1. In hac die Dei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Sepulchrum Judaei,  
 Male servaverunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

5. Mater Salomei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Mater Zebedaei  
 Petrum praevenērunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

2. Ubi corpus Dei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Numquid Pharisei  
 Petram revolverunt?  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

6. Scribae, Pharisei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Omnes erant rei,  
 Omnes peccaverunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

3. O Scariothei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Cum Jada Judaei  
 Male dormierunt,  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

7. Donec Nazarei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Turris nostrae spei  
 Portas recluserunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

4. In ortu diei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Viri Galilaei  
 Dominum tulerunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

8. Vespere diei,  
*Dicant nunc Hebraei,*  
 Diem jubilaei  
 Nobis reduxerunt;  
 Quomodo Judaei  
 Regem perdiderunt?

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 45.

1. Filii Calvariae,  
*Sonet vox laetitiae,*  
 Filii Calvariae,  
 Nostra est redemptio,  
 O, o,  
 Cujus resurrectio  
 Omni plena gaudio.

2. Rex est iste gloriae,  
*Sonet vox laetitiae,*  
 Rex est iste gloriae,  
 Rex sine principio,  
 O, o,  
 Principes superbiae  
 Exsufflat de medio.

3. Nos expurgat hodie,  
*Sonet vox lactitiae,*  
 Nos expurgat hodie  
 A fermenti vitio;  
 O, o,  
 Ergo, Sion filiae,  
 Nova sit conspersio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

46.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Luto carens et latere<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Novo novus caractere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> <p>2. Servus liber ab opere<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Culpae recluso carcere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> <p>3. Mare dum videt cedere,<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Mergens sequentes temere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> <p>7. Ut cum Christo resurgere,<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Praestet ad sedem dextrae;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> | <p>4. Agnus occisus vespere,<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Culpae solvit ab onere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> <p>5. Joseph cisternam claudere,<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Christum nequit mors premere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> <p>6. Ergo sepulto scelere,<br/> <i>Transit Hebraeus libere,</i><br/>         Christum sequamur opere;<br/>         In sicco mente munda<br/> <i>Transit Hebraeus libere</i><br/>         Baptismi mundus unda.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — B hat nur die drei ersten Strophen, C nur die erste. — 1, 3 Novus novo B. — 2, 1 Sortis tributum miseriae A. — 3, 3 Alto se modo genere B. — Cfr. Milchsack 165.

47.

- |                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vivere quae tribuit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>         Perdita restituit,<br/>         Gratia non meritum,<br/> <i>Vita mori voluit</i><br/>         Mortis ob interitum.</p> | <p>2. Saecula mors tenuit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>         Solvere quam valuit<br/>         Gratia non meritum,<br/> <i>Vita mori voluit</i><br/>         Mortis ob interitum.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Romphea quae tenuit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>             Omnibus exhibuit<br/>             Gratia non meritum,<br/>             Vita mori voluit<br/>             Mortis ob interitum.</p> <p>4. Quos reus implicuit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>             Casibus explicuit<br/>             Gratia non meritum,<br/>             Vita mori voluit<br/>             Mortis ob interitum.</p> | <p>5. Quod homo non meruit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>             Omnibus emeruit<br/>             Gratia non meritum,<br/>             Vita mori voluit<br/>             Mortis ob interitum.</p> <p>6. Quisque ad hoc siluit,<br/> <i>Vita mori voluit,</i><br/>             Dicat: id obtinuit<br/>             Gratia non meritum,<br/>             Vita mori voluit<br/>             Mortis ob interitum.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 48.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. A solis ortus cardine,<br/> <i>Mane nobiscum, Domine,</i><br/>             A solis ortus cardine,<br/>             Mundi luce fugata,<br/>             Mane nobiscum, Domine,<br/>             Dies est inclinata.</p> <p>2. Nubes legalis paginae,<br/> <i>Mane nobiscum, Domine,</i><br/>             Nubes legalis paginae<br/>             Nobis est declarata,<br/>             Mane nobis cum, Domine,<br/>             Dies est inclinata.</p> | <p>3. David fidelis carmine,<br/> <i>Mane nobiscum, Domine,</i><br/>             David fidelis carmine<br/>             Sunt haec praenuntiata;<br/>             Mane nobiscum, Domine,<br/>             Dies est inclinata.</p> <p>4. Tanta culpa caligine,<br/> <i>Mane nobiscum, Domine,</i><br/>             Tanta culpa caligine<br/>             Fit nox illuminata,<br/>             Mane nobiscum, Domine,<br/>             Dies est inclinata.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 49.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Mors vitae propitia,<br/> <i>Sexta passus feria,</i><br/>             Mortis a miseria<br/>             Nos erexit;<br/>             Die Christus tertia<br/>             Resurrexit.</p> <p>2. Ad vitae palatia<br/> <i>Sexta passus feria,</i><br/>             Mortis a miseria<br/>             Nos erexit;<br/>             Die Christus tertia<br/>             Resurrexit.</p> | <p>3. Fracta sunt imperia,<br/> <i>Sexta passus feria,</i><br/>             Joseph a custodia<br/>             Liber exit;<br/>             Die Christus tertia<br/>             Resurrexit.</p> <p>4. Novae legis gratia,<br/> <i>Sexta passus feria,</i><br/>             Veterum mysteria<br/>             Jam detexit;<br/>             Die Christus tertia<br/>             Resurrexit.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

5. Surgens cum victoria,  
*Sexta passus feria,*  
 Collocat in gloria,  
 Quos dilexit;  
 Die Christus tertia  
 Resurrexit.

6. Ad coeli consortia,  
*Sexta passus feria,*  
 Nostra spes et gloria  
 Nos direxit;  
 Die Christus tertia  
 Resurrexit.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

## 50.

1. In Domino confidite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Vetus fermentum linite  
 Nova conspersione,  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.  
 2. Vetus fermentum linite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Quae sunt in altum, sapite  
 Mentis intentione;  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.  
 3. Quae sunt in altum, sapite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Terrae lutum respuite  
 Cordis erectione;  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.

4. Terrae lutum respuite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Virus antiquum vomite,  
 Calicis potione  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.  
 5. Virus antiquum vomite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Domino conresurgite,  
 Cum exultatione  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.  
 6. Domino conresurgite,  
*Pascha novum recolite,*  
 Surgant membra cum capite  
 Hac resurrectione;  
 Pascha novum recolite  
 Voce et actione.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

## 51.

1. Rex omnipotentiae  
*Triumphavit hodie,*  
 Rex omnipotentiae,  
 Rex magnificus  
 Triumphavit hodie,  
 Rex pacificus.  
 2. In manu potentiae,  
*Triumphavit hodie,*  
 In manu potentiae  
 Samson bellicus  
 Triumphavit hodie,  
 Rex pacificus.

3. In humana specie,  
*Triumphavit hodie,*  
 In humana specie  
 Patris unicus  
 Triumphavit hodie,  
 Rex pacificus.  
 4. Hymnum canit gloriae,  
*Triumphavit hodie,*  
 Hymnum canit gloriae  
 Chorus coelicus,  
 Triumphavit hodie  
 Rex pacificus.

- |                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5. Caecos luce gratiae,<br/> <i>Triumphavit hodie,</i><br/>         Caecos luce gratiae<br/>         Sanat medicus,<br/>         Triumphavit hodie<br/>         Rex pacificus.</p>  | <p>6. Verae cedit hostiae,<br/> <i>Triumphavit hodie,</i><br/>         Verae cedit hostiae,<br/>         Agnus typicus,<br/>         Triumphavit hodie<br/>         Rex pacificus.</p> |
| <p>7. Comes est victoriae<br/> <i>Triumphavit hodie,</i><br/>         Comes est victoriae<br/>         Grex catholicus,<br/>         Triumphavit hodie<br/>         Rex pacificus.</p> |                                                                                                                                                                                        |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

### 52.

- |                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Mundi princeps ejicitur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Mundi princeps ejicitur<br/>         Christi victus victoria,<br/>         Salutis pandit ostia<br/>         Passa pro nobis hostia.</p> | <p>3. Vir innocens occiditur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Vir innocens occiditur<br/>         Data latroni venia,<br/>         Salutis pandit ostia<br/>         Passa pro nobis hostia.</p>        |
| <p>2. Legis figura tollitur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Legis figura tollitur,<br/>         Legi succedit gratia,<br/>         Salutis pandit ostia<br/>         Passa pro nobis hostia.</p>       | <p>4. Mors jam non dominabitur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Mors jam non dominabitur<br/>         Resurgenti cum gloria;<br/>         Salutis pandit ostia<br/>         Passa pro nobis hostia.</p> |
| <p>5. Satan hamo suspenditur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Satan hamo suspenditur,<br/>         Tecto carnis substantia,<br/>         Salutis pandit ostia<br/>         Passa pro nobis hostia.</p>  |                                                                                                                                                                                                                         |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

### 53.

- |                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Exsultet plebs fidelium,<br/> <i>Planctum vertit in gaudium,</i><br/>         Sacco passo discidium<br/>         Vestivit nos laetitia,<br/>         Planctum vertit in gaudium<br/>         Summa Christi victoria.</p> | <p>2. Mors mortis est excidium,<br/> <i>Planctum vertit in gaudium,</i><br/>         Morsus est locus tristium<br/>         Caesa pro nobis hostia,<br/>         Planctum vertit in gaudium<br/>         Summa Christi victoria.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Tota virtute cordium,<br/> <i>Planctum vertit in gaudium,</i><br/>         Laudemus patris filium<br/>         Cujus nos salvat gratia;<br/>         Planctum vertit in gaudium<br/>         Summa Christi victoria.</p> | <p>4. Purgemus ergo vitium,<br/> <i>Planctum vertit in gaudium,</i><br/>         Ore sonet laus mentium,<br/>         Sit trinitati gloria;<br/>         Planctum vertit in gaudium<br/>         Summa Christi victoria.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 54.

- |                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christo psallat ecclesia,<br/> <i>Mitis misericordia,</i><br/>         Redempta Sion filia<br/>         Det laudem regi gloriae,<br/>         Mitis misericordia<br/>         Mortem destruxit hodie.</p> | <p>2. Quanta Dei potentia,<br/> <i>Mitis misericordia,</i><br/>         Mortem mactat victoria<br/>         Caesae pro nobis hostiae,<br/>         Mitis misericordia,<br/>         Mortem destruxit hodie.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Laus, honor, virtus, gloria,  
*Mitis misericordia,*  
 Deo, cujus nos gratia  
 Emancipat miseriae,  
 Mitis misericordia  
 Mortem destruxit hodie.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 55.

- |                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vetus purgans facinus,<br/> <i>Resurrexit Dominus,</i><br/>         Doloris est terminus<br/>         Lux hodierna,<br/>         Resurrexit Dominus,<br/>         Salus aeterna.</p> | <p>2. Cedit dolor pristinus,<br/> <i>Resurrexit Dominus,</i><br/>         Pietas patris sinus<br/>         Pandit aeterna,<br/>         Resurrexit Dominus,<br/>         Salus aeterna.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Pacem dona protinus,  
*Resurrexit Dominus,*  
 Qui es unus et trinus  
 In sempiterna;  
 Resurrexit Dominus,  
 Salus aeterna.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

#### 56.

- |                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Omnes gentes plaudite,<br/> <i>Regi passo psallite,</i><br/>         Hymnum Deo dicite,<br/>         Victus est, qui nos vicerat,<br/>         Regi passo psallite,<br/>         Passus vicit et imperat.</p> | <p>2. Suspensus in stipite,<br/> <i>Regi passo psallite,</i><br/>         Occisus immerite<br/>         Restaurat, quod perierat;<br/>         Regi passo psallite,<br/>         Passus vicit et imperat.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Laudem Deo canite,  
*Regi passo psallite,*  
 Libertatis perditae  
 Qui viam suis reserat,  
 Regi passo psallite,  
 Passus vicit et imperat.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

57.

1. Fidelium  
 sonet vox sobria,  
*Convertere,*  
*Sion, in gaudia,*  
*Sit omnium*  
*una laetitia,*  
 Quos unica,  
 redemit gratia,  
 Convertere,  
 Sion, in gaudia,  
 Te liberat  
 paschalis hostia.

2. Accingitur  
 Christus ad proelia,  
*Convertere,*  
*Sion, in gaudia,*  
*Sit omnium*  
*una laetitia,*  
 Hostilia  
 confregit ostia,  
 Dum pallium  
 tenet Aegyptia,  
 Te liberat  
 paschalis hostia.

3. Posterior  
 dotatur filia,  
*Convertere,*  
*Sion, in gaudia,*  
*Sit omnium*  
*una laetitia,*  
 Habet minor  
 majorum praemia,  
 Quia Jacob  
 cancellat brachia,  
 Te liberat  
 paschalis hostia.

4. Ut nuntiet  
 festa paschalia,  
*Convertere,*  
*Sion, in gaudia,*  
*Sit omnium*  
*una laetitia,*  
 Apostolis  
 occurrit nuntia,  
 Angelica  
 fert testimonia;  
 Te liberat  
 paschalis hostia.

5. Pro filii  
 summa victoria,  
*Convertere,*  
*Sion in gaudia,*  
*Sit omnium*  
*una laetitia,*  
 Deo patri  
 sit laus et gloria,  
 Qui saecula  
 regnat per omnia;  
 Te liberat  
 paschalis hostia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

58.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christus patris gratiae<br/>Nos reconfoederat,<br/><i>Resurrexit hodie,</i><br/><i>Sicut praedixerat,</i><br/>Felix, qui pro misero<br/>Populo moritur,<br/>Mors illi de cetero<br/>Non dominabitur.</p> <p>2. Mortis poena propriae<br/>Mortuos liberat,<br/><i>Resurrexit hodie,</i><br/><i>Sicut praedixerat,</i><br/>Ligno salutifero<br/>Mors morte vincitur,<br/>Mors illi de cetero<br/>Non dominabitur.</p> | <p>3. Agnus innocentiae<br/>Cum semet offerat,<br/><i>Resurrexit hodie,</i><br/><i>Sicut praedixerat,</i><br/>Sanguis ejus extero<br/>Poste diffunditur,<br/>Mors illi de cetero<br/>Non dominabitur.</p> <p>4. Genti nos Aegyptiae<br/>Lignum subdiderat,<br/><i>Resurrexit hodie,</i><br/><i>Sicut praedixerat,</i><br/>Sed jam lignum altero<br/>Ligno retunditur;<br/>Mors illi de cetero<br/>Non dominabitur.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
5. Laesis ut a sanie  
Medelam conferat,  
*Resurrexit hodie,*  
*Sicut praedixerat,*  
Serpens a presbytero  
Turbis erigitur;  
Mors illi de cetero  
Non dominabitur.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

59.

- |                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. A sinu patris mittitur,<br/><i>Mundi salvator moritur,</i><br/>Et de Maria nascitur,<br/>Quem pater promiserat;<br/><i>Mundi salvator moritur,</i><br/>Ut morte mortem conterat.</p> | <p>2. Flagellatur, conspuitur,<br/><i>Mundi salvator moritur,</i><br/>Et ab his crucifigitur,<br/>Quos liberare venerat;<br/><i>Mundi salvator moritur,</i><br/>Ut morte mortem conterat</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Vetus hostis ejicitur,  
*Mundi salvator moritur,*  
Dum vita morti subditur  
Et nos a morte liberat;  
*Mundi salvator moritur,*  
Ut morte mortem conterat.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

60.

- |                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vocis tripudio,<br/> <i>Psallat haec concio,</i><br/> Vocis tripudio<br/> Sed mente sobria<br/> <i>Psallat haec concio</i><br/> Festa paschalia.</p>      | <p>3. Salvamur pretio,<br/> <i>Psallat haec concio,</i><br/> Salvamur pretio<br/> Magna de gratia,<br/> <i>Psallat haec concio</i><br/> Festa paschalia.</p> |
| <p>2. Non parcit filio,<br/> <i>Psallat haec concio,</i><br/> Non parcit filio<br/> Patris clementia,<br/> <i>Psallat haec concio</i><br/> Festa paschalia.</p> | <p>4. Fit resurrectio,<br/> <i>Psallat haec concio,</i><br/> Fit resurrectio<br/> Sub die tertia,<br/> <i>Psallat haec concio</i><br/> Festa paschalia.</p>  |
| <p>5. Nos replet gaudio,<br/> <i>Psallat haec concio,</i><br/> Vocis tripudio<br/> Christi victoria,<br/> <i>Psallat haec concio</i><br/> Festa paschalia.</p>  |                                                                                                                                                              |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
3, 1 Salvantur Hs.

61.

- |                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Processit in capite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Processit in capite<br/> Nostra resurrectio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Manibus prae gaudio.</p>      | <p>4. Suspensus in stipite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Suspensus in stipite,<br/> Resurgit cum bravio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Manibus prae gaudio.</p> |
| <p>2. Regi nostro psallite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Regi nostro psallite,<br/> Sensu tamen sobrio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Manibus prae gaudio.</p>   | <p>5. Aquas Marath bibite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Aguas Marath bibite<br/> Ligni beneficio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Manibus prae gaudio.</p>          |
| <p>3. Qui dormitis, surgite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Qui dormitis, surgite,<br/> Mundi de naufragio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Manibus prae gaudio.</p> | <p>6. Aeneum opponite,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite,</i><br/> Aeneum opponite<br/> Serpentem Aegyptio,<br/> <i>Omnes gentes, plaudite</i><br/> Manibus prae gaudio.</p>              |

7. Laudes patri dicite,  
*Omnes gentes, plaudite,*  
 Laudes patri dicite,  
 Flamini cum filio,  
 Omnes gentes, plaudite  
 Manibus prae gaudio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 6, 1  
 apponite Hs.

62.

- |                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Culpae purgator veteris,<br/> <i>Christus redit ab inferis,</i><br/>         Quos filii<br/>             redemit passio,<br/>         Laetificat<br/>             nos resurrectio.</p> | <p>3. Qui crucem tulit humeris,<br/> <i>Christus redit ab inferis,</i><br/>         Nos sanguine<br/>             mundavit proprio,<br/>         Laetificat<br/>             nos resurrectio.</p> |
| <p>2. Auctor humani generis,<br/> <i>Christus redit ab inferis,</i><br/>         Nec proprio<br/>             pepercit filio,<br/>         Laetificat<br/>             nos resurrectio.</p>  | <p>4. Prostrato rege sceleris,<br/> <i>Christus redit ab inferis,</i><br/>         Nos a mortis<br/>             solvit imperio,<br/>         Laetificat<br/>             nos resurrectio.</p>    |
5. Egressum pandens miseris  
*Christus redit ab inferis,*  
 Revertitur  
     victor de proelio,  
 Laetificat  
     nos resurrectio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

63.

- |                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Dies salutis oritur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Dies salutis oritur,<br/>         In ligno vita moritur,<br/>             Ut morti dominetur.</p> | <p>2. Adam secundus patitur,<br/> <i>In ligno vita moritur,</i><br/>         Adam secundus patitur,<br/>         In ligno vita moritur,<br/>             Ut primus suscitetur.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medecis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

64.

- |                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vineam meam plantavi,<br/> <i>Torcular solus calcavi,</i><br/>         Vineam non reddidit<br/>             Fructum, quem speravi,<br/>         Indumentum sanguine<br/>             Meum inquinavi.</p> | <p>2. Facturam meam amavi,<br/> <i>Torcular solus calcavi,</i><br/>         Quem ego creaveram,<br/>             Ego recreavi,<br/>         Indumentum sanguine<br/>             Meum inquinavi.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Qui mundi mala portavi,  
*Torcular solus calcavi,*  
 Unda mei sanguinis  
 Mundi culpas lavi,  
 Indumentum sanguine  
 Meum inquinavi.

4. Acetum ego potavi,  
*Torcular solus calcavi,*  
 Ego vitae poculum  
 Mundo praeparavi,  
 Indumentum sanguine  
 Meum inquinavi.

5. Flagella non recusavi,  
*Torcular solus calcavi,*  
 Ego sponte subii  
 Crucem, quam expavi,  
 Indumentum sanguine  
 Meum inquinavi.

6. Infernum exspoliavi,  
*Torcular solus calcavi,*  
 Qui ligabat hominem,  
 Ego relegavi,  
 Indumentum sanguine  
 Meum inquinavi.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

65.

1. Passionis aemuli  
 Rei sub figura  
 Duo portant bajuli  
 Botrum in scriptura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

2. Stillat odoriferum  
 Botrus pro scriptura  
 Pro nostrorum vulnerum  
 Solvitur laesura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

3. Aquae potum exserit  
 Silicis fractura,  
 Quam in signum aperit  
 Virgae percussura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

4. Gazae portas arduae  
 Nocte sub obscura  
 Tollit proles Manuae  
 Civium jactura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

5. In decore vestium  
 Crinium tonsura  
 Joseph ad imperium  
 Transit de clausura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

6. Res de fumo nascitur,  
 Jam lex abit dura,  
 Veritas edicitur,  
 Praeterit figura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

7. Irascantur populi,  
 Doleat natura,  
 Surgit auctor saeculi  
 Frangens mortis jura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

8. Offerat ecclesia  
 Pia precum thura,  
 Ad laudum officia  
 Vigil instet cura.  
 Det pia  
 Gaudia  
 Sion mente pura.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

66.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. In agni convivio,<br/> <i>Gaudeat haec concio,</i><br/>             Triplex est refectio,<br/>             Triplex est alimonia.<br/>             Gaudeat haec concio<br/>             Festa colens paschalia.</p> <p>2. Pedum devoratio,<br/> <i>Gaudeat haec concio,</i><br/>             Capitis comestio,<br/>             Intestina vitalia.<br/>             Gaudeat haec concio<br/>             Festa colens paschalia.</p> | <p>3. Cetera de medio,<br/> <i>Gaudeat haec concio,</i><br/>             Moveat combustio,<br/>             Da coelicis coelestia.<br/>             Gaudeat haec concio<br/>             Festa colens paschalia.</p> <p>4. Da fidem mysterio,<br/> <i>Gaudeat haec concio,</i><br/>             Cum vacillet ratio,<br/>             Fides est necessaria.<br/>             Gaudeat haec concio<br/>             Festa colens paschalia.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian Pl. 29. 1.

67.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Transite, Sion filiae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Transite, Sion filiae,<br/>             Transit nostra redemptio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>2. Jugum mortis Aegyptiae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Jugum mortis Aegyptiae<br/>             Solvit cordis confessio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>3. Post luctus poenitentiae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Jugum mortis Aegyptiae<br/>             Levis restat transitio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>4. Thamar prostat egregie,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Thamar prostat egregie<br/>             Judae remisso pretio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> | <p>5. Magnae Deus potentiae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Magnae Deus potentiae,<br/>             Solus sine principio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>6. Dragmam reduxit hodie,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Dragmam reduxit hodie<br/>             Mirabili commercio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>7. Jonam de ventre bestiae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Jonam de ventre bestiae<br/>             Locat in patris solio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> <p>8. Nos de lacu miseriae,<br/> <i>Quis est iste rex gloriae?</i><br/>             Nos de lacu miseriae<br/>             Reddit coeli palatio.<br/>             Quis est iste rex gloriae?<br/>             Rex potens est in proelio.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.  
 Dreves, Cantiones et Muteti. II. 4

68.

1. Qui pro nobis  
mori non respuit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Resurrexit  
die, qua statuit,  
Alleluja.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
  2. Cum rugitus  
patris infremuit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Monumentum  
Christum non tenuit  
Angustia.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
  3. Oblatus est,  
quia sic voluit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Solvit ea,  
quae nunquam rapuit.  
Haec hostia.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
  4. Nihil majus  
pro nobis potuit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Qui innocens  
crucis sustinuit  
Opprobria.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
  5. Detineri  
morte non potuit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Qui nos mortis  
a poena eruit  
Morte pia.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
  6. Christum videns  
infernus fremuit,  
*Jonam cetus*  
*de ventre vomuit,*  
Samson Gazam  
in multa diruit  
Potentia.  
Resurgentis  
caro reffloruit  
Cum gloria.
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 18. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

69.

1. Offerat ecclesia,  
*Ad se traxit omnia,*  
Offerat ecclesia  
Laudis sacrificia;  
Ad se traxit omnia  
Christus, crucis hostia.
2. De mortis angustia,  
*Ad se traxit omnia,*  
De mortis angustia  
Redit cum potentia;  
Ad se traxit omnia  
Christus, crucis hostia.
3. Resurgit cum gloria,  
*Ad se traxit omnia,*  
Resurgit cum gloria  
Christus die tertia;  
Ad se traxit omnia  
Christus, crucis hostia.
4. Nostra lavit vitia,  
*Ad se traxit omnia,*  
Nostra lavit vitia  
Caro culpae nescia;  
Ad se traxit omnia  
Christus, crucis hostia.

5. Gaudet coeli curia,  
*Ad se traxit omnia,*  
 Gaudet coeli curia  
 Christi de victoria;  
 Ad se traxit omnia  
 Christus, crucis hostia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

70.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Tempus adest gratiae,<br/> <i>Gratulentur Sion filiae,</i><br/>         Resurgit rex gloriae.<br/>         Psallat ecclesia,<br/>         Gratulentur Sion filiae<br/>         Pari concordia.</p> <p>2. Resurgit rex gloriae,<br/> <i>Gratulentur Sion filiae,</i><br/>         Tempus venit gratiae.<br/>         Psallat ecclesia,<br/>         Gratulentur Sion filiae<br/>         Pari concordia.</p> | <p>3. Christus gentis propriae,<br/> <i>Gratulentur Sion filiae,</i><br/>         Misertus est hodie.<br/>         Psallat ecclesia,<br/>         Gratulentur Sion filiae,<br/>         Pari concordia.</p> <p>4. Misertus est hodie,<br/> <i>Gratulentur Sion filiae,</i><br/>         Cujus instant nuptiae.<br/>         Psallat ecclesia,<br/>         Gratulentur Sion filiae<br/>         Pari concordia.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

71.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Gaude, Sion,<br/>         devoto gaudio,<br/>         Fidelium<br/>         exsultet concio,<br/>         Quia Joseph<br/>         Rachelis gremio<br/> <i>Dum dormitat,</i><br/>         somnum somniavit,<br/>         Inclinatorum<br/>         solem consideravit.</p> | <p>2. De Libano<br/>         cedrus descenderat,<br/>         Quae cypresso<br/>         se conformaverat,<br/>         Joseph fratres<br/>         a fame liberat,<br/> <i>Dum dormitat,</i><br/>         somnum somniavit,<br/>         Pro populo<br/>         se Christus inclinavit.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Quid facitis,  
 videte, praesides?  
 Quid marcetis  
 otio desides?  
 Quare luxu  
 sic estis resides?  
*Dum dormitat,*  
 somnum somniavit,  
 Quia Christus  
 pro nobis laboravit.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

De Ascensione Domini.

72.

- |                                                                                                                        |                                                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ascendit Christus hodie<br/>Ad thronum suae gloriae,<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Patris sedens ad dexteram.</p>  | <p>3. Captivatam mortiferam<br/>Nostram ducens miseriam,<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Patris sedens ad dexteram.</p> |
| <p>2. Adest praedignus jubilus<br/>Cum laetatur in nubibus.<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Patris sedens ad dexteram.</p> | <p>4. Ergo psallenti gaudio<br/>Benedicamus Domino;<br/>Alleluja, Alleluja,<br/>Deo dicamus gratias.</p>            |

Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157.

In Festo Pentecostes.

73.

- |                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Veni, creator spiritus,<br/>Spiritus recreator,<br/>Tu dans, tu datus coelitus,<br/>Tu donum, tu donator,<br/>Tu rex, tu digitus,<br/>Alens et alitus,<br/>Spirans et spiritus,<br/>Spiratus et spirator.</p> | <p>3. Tu septiformis gratiae<br/>Dans septiforme donum,<br/>Virtutis septifariae<br/>Septem petitionum,<br/>Tu nix non defluens,<br/>Ignis non destruens,<br/>Pugil non metuens,<br/>Propinator sermonum.</p> |
| <p>2. Mentis tuorum visita,<br/>Mentium visitator,<br/>Visitando inhabita,<br/>Visorum habitator,<br/>Tu fons, tu rivulus,<br/>Frutex et surculus,<br/>Doctor, discipulus,<br/>Servorum coronator.</p>              | <p>4. Tu gratis data gratia<br/>Et tu faciens gratos,<br/>Tu primo purgas vitia,<br/>Post conservas purgatos;<br/>Absolve debita,<br/>Extolle merita,<br/>Virtute solita<br/>Salvans praedestinos.</p>        |
5. Ergo accende sensibus,  
Tu te, lumen et flamen,  
Tu te inspira cordibus,  
Qui es vitae spiramen;  
Tu sol, tu radius,  
Mittens et nuntius,  
Persona tertius,  
Salva nos, amen, amen.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29 l. A. —  
Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1099. saec. 13. B. — 1, 8 et spira A. —  
5, 1 ascende A.

74.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. O qui fontem gratiae<br/> Captivis regeneras,<br/> Coelos endelechiaie<br/> Foedere confoederas,<br/> Ordinata serie<br/> Mundi motus temperas,<br/> Hyles in temperie<br/> Effrenata cohibes<br/> Et dissolvi prohibes,<br/> Ut leges, quas adhibes,<br/> Elementa teneant<br/> Et concordii coeant<br/> Dispositione.<br/> R<sup>o</sup> O summa potentia,<br/> Inter dissidentia<br/> Firma firmans foedera,<br/> Ut supera<br/> Sic infera,<br/> Refrænas illicita,<br/> Digna pensans merita<br/> Retributione.</p> | <p>2. Legem foederis<br/> Imponis superis<br/> Conservans supera,<br/> Coelum innumeris<br/> Moves in numeris<br/> Et coeli sidera;<br/> Tu coelum circularis,<br/> Tu motus regulis<br/> Stringis erraticos,<br/> Tu nexus musicos<br/> Innectis dissonis,<br/> Ex quibus consonis<br/> Tonis mellisonis<br/> Reddis harmonias,<br/> Qui propriis<br/> Officiis<br/> Signas hierarchias.<br/> R<sup>o</sup> O summa potentia,<br/> Inter dissidentia<br/> Firma firmans foedera<br/> Ut supera etc.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Ergo qui tam dissona  
Cogis consonare,  
Quæ divinae consona  
Legi, moderare  
Melos, quod divinitus  
Tuus spirat spiritus,  
Nobis missus coelitus,  
Plenius inspiret,  
Enormes ejiciat,  
Concordes efficiat  
Quos expiat,  
Sic puniat  
Ut vices, quas variat  
Alternis sic uniat,  
Ne lyra deliret.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cant. ms. Petri de Mediciis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. C. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. D. — B hat nur die erste Strophe mit dem Rundreim. — 1, 3 endelechiaie AD; endelitiaie B, endelychye C. — R<sup>o</sup>, 6 refranes A. — 2, 2 et superis A. — 2, 3 Conservas D. — 2, 4 coelum numeris CD. — 2, 16 fehlt D. — 3, 9 rejiciat D. — Cfr. Milchsack 199.

75.

- |                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecce, festum nobile,<br>Quod dat anni reditus<br>Mundo celebrabile,<br>In quo sanctus spiritus<br>Praecordia<br>Replevit fidelium<br>Sua sancta gratia. | 3. Judaei ut subdoli<br>Spernentes oracula,<br>Quae dabant apostoli,<br>Dixerunt, hos crapula<br>Eximia<br>Vini debacchantium<br>Ritu loqui talia. |
| R <sup>o</sup> Alleluja,<br>Regi regum omnium<br>Concinat ecclesia.                                                                                        | R <sup>o</sup> Alleluja,<br>Regi regum omnium<br>Concinat ecclesia.                                                                                |
| 2. Apostoli praediti<br>Repente charismate<br>Spiritus paracliti<br>Omni idiomate<br>Magnalia<br>Dei in gentilium<br>Vulgarunt praesentia.                 | 4. Judaeis fallacibus<br>Sanctus Petrus obviat<br>Signis et virtutibus<br>Et horum denuntiat<br>Eloquia<br>Juxta testimonium<br>Joelis mendacia.   |
| 5. Deprecemur igitur<br>Omnes una Dominum,<br>Cui regnum subditur<br>Nullum habens terminum,<br>Ut ad pia<br>Supernorum civium<br>Nos perducatur gaudia.   |                                                                                                                                                    |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15313. saec. 13.

76.

- |                                                                                |                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecce orgium,<br>Quo rex omnium<br>Corda fidelium<br>Replevit gratia.        | 3. Gens incredula<br>Vini crapula<br>Horum oracula<br>Reddebat vilia.           |
| R <sup>o</sup> Mater ecclesia<br>Cantet Alleluja.                              | R <sup>o</sup> Mater ecclesia<br>Cantet alleluja.                               |
| 2. Chorus sanctorum<br>Apostolorum,<br>Omnium verborum<br>Fulsit notitia.      | 4. Petrus, vir theos,<br>Culpans Judaeos<br>Esse probat eos<br>Plenos perfidia. |
| 5. Oremus Eli,<br>Quem archangeli<br>Laudant, ut ad caeli<br>Nos ducat gaudia. |                                                                                 |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

77.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Veni, redemptor gentium,<br/>         Veni, creator spiritus,<br/>         Veni, vita viventium,<br/>         Nostros solari gemitus,<br/>         Verus nobis paraclitus,<br/>         In fide firma mentium,<br/>         In fine morientium<br/>         Te laudat omnis exitus.</p> <p>2. Nostrum regens exilium<br/>         Rorem infunde coelitus,<br/>         Quo furor persequentium,<br/>         Non nos seducat ambitus,<br/>         Sed amor tibi debitus<br/>         Fervens corde fidelium<br/>         Nobis ad vitae praemium<br/>         Sit tibi soli deditus.</p> | <p>3. Tu, qui salvasti saeculum<br/>         Mirando partu virginis,<br/>         Ut confundas incredulam,<br/>         Vires effunde numinis,<br/>         Ut contra virum sanguinis<br/>         Tuum exaltent populum,<br/>         Qui gerit Christi titulum<br/>         Ad laudem tui nominis.</p> <p>4. O quam beata servitus,<br/>         Quae servit et est libera,<br/>         Qua mundi miserebitur,<br/>         Dum mutatur in prospera;<br/>         O quam libertas misera,<br/>         Per quam liber fit subditus<br/>         Et dives inter prospera<br/>         Vivit gehennae perditus.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- Trop. ms. Capit. Dertusen. s. n. saec. 13. — 2, 3 Que furor. — 3, 5  
 Et contra. — 4, 3 scheint (vgl. den Reim) verschrieben.

78.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christus jam misit inclitum<br/>         Discipulis paraclitum;<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Veni, sancte paraclite.</p> <p>2. Ipsius ut magnalia<br/>         Per mundi ferrent climata.<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Veni, sancte paraclite.</p> | <p>3. Linguas suas variantes<br/>         Eloquentes praedicantes.<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Veni, sancte paraclite.</p> <p>4. Ergo decenti gaudio<br/>         Benedicamus Domino;<br/>         Alleluja, Alleluja,<br/>         Deo dicamus gratias.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157.

79.

- |                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Descende coelitus,<br/> <i>O sancte spiritus,</i><br/>         Renovetur penitus<br/>         Facies terrestrium;<br/>         Veni, sancte spiritus,<br/>         Nostrum esto gaudium.</p> | <p>2. Solari solitus,<br/> <i>O sancte spiritus,</i><br/>         Sui det paraclitus<br/>         Amoris incendium;<br/>         Veni, sancte spiritus,<br/>         Nostrum esto gaudium.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Adsistat genitus,  
*O sancte spiritus,*  
 Genitor ingenuus,  
 Nos salvet per filium;  
 Veni, sancte spiritus,  
 Nostrum esto gaudium.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Aus  
 der XIII. Abteilung der Handschrift und somit vielleicht von Philippus de Grevia.

80.

- |                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Veni, sancte spiritus,<br>Spes omnium<br>Et emitte coelitus,<br>Veni, sancte spiritus,<br>Perscrutator inclitus<br>Es cordium,<br>Veni, sancte spiritus,<br>Spes omnium,<br>Confer lumen cordibus,<br>Veni, sancte spiritus. | 2. Puritatem mentibus<br>Fidelium,<br>Auge spem credentibus,<br>Veni, sancte spiritus,<br>Da pressis languoribus<br>Remedium,<br>Veni, sancte spiritus,<br>Spes omnium,<br>Da salutis exitus,<br>Veni, sancte spiritus, |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Coelestis exercitus,  
Veni, sancte spiritus.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. — Nach 2, 2 steht nochmals Veni sancte spiritus, während 2, 8 fehlt; nach 1, 3 scheint eine Zeile ausgefallen zu sein. Die Melodie reicht nur bis 1, 10.

81.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Veni, creator spiritus,<br>Et in me robur insere,<br>Robur, quo possim penitus<br>Mala, quae gessi, luere<br>Et amodo sic vivere,<br>Ne sim peccato perditus;<br>Peccavi quasi licitus<br>Et diu vixi temere,<br>Me servum tuum visere,<br>Veni, creator spiritus. | 2. Sit laus patri cum filio,<br>Sit honor sancto flamini,<br>Trinitatis confessio<br>Firmam spem firmet homini;<br>Uni trinoque nomini<br>Sit semper dominatio,<br>Salus et benedictio;<br>Perenni decus agmini,<br>Sit honor sancto flamini,<br>Sit laus patri cum filio. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

82.

- |                                                                            |                                                                     |
|----------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|
| 1. Lumen sancti spiritus<br>Descendat divinitus,<br>Nos illuminet hodie.   | 4. Solatium sanctorum<br>Et vita beatorum,<br>Protector sperantium. |
| 2. Plenitudo gratiae,<br>Tu solus lux iustitiae,<br>Exaudi nos in hac die. | 5. Tu via peccatorum,<br>Tu semita iustorum,<br>Latitudo fidelium.  |
| 3. Rex dulcis angelorum,<br>Salus archangelorum,<br>Spes in te credentium, | 6. Pater es orphanorum,<br>Solamen miserorum,<br>Plenitudo omnium.  |
7. Da solamen populo,  
Da virtutem, in jubilo  
Nos perduc ad solatium.

Cgm. Monacen. (ol. Tegurin.) 716. saec. 15.

De Corpore Christi.

83.

1. Dies est laetitiae  
In domo mentali,  
Nam advenit hodie  
Vi sacramentali  
Jesus admirabilis,  
Multum delectabilis  
In humanitate,  
Qui est ineffabilis  
Et inaeestimabilis  
In divinitate.
2. Mortem Dei filius  
Pro mundo passurus  
Et a terra longius  
In coelos iturus,  
Manere realiter,  
Vere corporaliter  
Voluit in nobis,  
In se transsubstantians  
Panem et cor satians  
In sanctis et probis.
3. Gaudeat catholicus  
In hac fide sana,  
Spernens, quod haereticus  
Garrit verba vana,  
Dedignando credere,  
Cum non valet capere,  
Quod fides ostendit,  
Qui nec parvi flosculi  
Seu vilis vermiculi  
Cuncta comprehendit.
4. Ave, vivens hostia,  
Veritas et vita,  
In qua sacrificia  
Cuncta sunt finita,  
In quo se per saecula  
Agnus sine macula  
Offert patri Deo,  
Mundans suo sanguine  
Pium cor a crimine,  
Quod fudit in eo.
5. Mane mecum, Domine,  
Ut pie venisti,  
Ne sine munimine  
Sim in valle tristi:  
Sine te subsistere  
Nequeo seu vivere  
In vita mortali,  
Multo minus gratiam,  
Meritum vel gloriam,  
Quam non habent mali.
6. Qui gustant, esuriunt  
In palato mentis,  
Et, qui bibunt, sitiunt,  
Sine velamentis  
Aperte te cernere,  
Amplecti, constringere,  
In quo salus tota.  
Quorum nunquam aliter  
Possunt integraliter  
Adimpleri vota.
7. Aufer, Jesu Domine,  
Pestes universas  
Corporis et animae  
Atque res adversas,  
Defunctis fidelibus  
Locum in coelestibus  
Dona cum beatis,  
In sanctis operibus  
Da pacem hominibus  
Bonae voluntatis.

84.

1. Congratulare et lactare,  
Turba nunc fidelium,  
Ab omni cura mente pura  
Cole Dei filium.

R<sup>o</sup> Alleluja, Alleluja,  
Christo regi jubila,  
Qui se Jesum dat in esum  
Fertque cordis nubila.

2. Qui pro nobis atque vobis  
Necem duram sustulit  
In crucis ara et amara  
Morte mortem repulit.

3. In tuo esu, bone Jesu,  
Nostra dele crimina,  
Nosque conserva et enerva  
Saeva mortis fulmina.

R<sup>o</sup> Alleluja, Alleluja,  
Christo regi jubila,  
Qui se Jesum dat in esum  
Fertque cordis nubila.

4. Ne damnemur, sed salvemur  
Per tuum judicium,  
Qui es cunctorum plasmatorum  
Finis et initium.

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14. — 3, 4 Leva mortis fimlea Hs.

85.

1. Ave, dulce tu frumentum,  
In Maria quod inventum  
Crucis venit ad tormentum,  
Cordis nostri pascementum.

Animarum corpus clarum,  
Caro carens carie,  
Consecrata, sed velata  
Stat sub panis specie.

Sanguis potus, Christus totus  
Hic sic praesens creditur,  
Ut de matre sine patre  
Homo Deus editur.

2. Salve, calix vini meri,  
Quem non bibunt insinceri,  
O mi Jesu, dulcis queri,  
Fac te cito possideri.

Virginalis flos vernalis  
Factus est angelicus,  
Fructus vivus, cibus divus,  
Ut pascatur coelitus.

Miser homo, qui pro pomo  
Factus est famelicus,  
Hunc informat et innormat  
Cibus hic salvificus.

3. Vale, cibus salutaris,  
Qui frequenter immolaris  
Super tuis sacris aris,  
Nunquam tamen consummaris.

Tu dignare nos mundare  
Criminum a sordibus  
Et tu, bone, nos compone,  
Jesu, nostris cordibus.

Veni, veni, corda leni  
Tuo divo corpore,  
Dans sincere immanere  
Tibi omni tempore.

86.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ave, verbum incarnatum,<br>In virgine humanatum,<br>Tu panis mysterium.<br>Tu planas culpas debitas,<br>Tu pandis caulas coelicas,<br>Tua firma aeternitas<br>Manet inviolata.<br>Te Helias praemonstravit,<br>Typice dum te gustavit,<br>Panem subcinericium<br>Petens Olympum Dei. | 2. Manna roris coelici<br>Atque dulcoris mellici,<br>Tu panis vivificus.<br>Melchisedech te signavit,<br>Panem vinum dum obtulit,<br>Agnus paschalis sanxiit<br>Pro nobis immolatus.<br>Tu nos pascis hic carnales,<br>Fac nos tibi commensales,<br>Cohaeredes et sodales<br>Coelesti in patria. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Grad. ms. Pragense anni 1410. Cod. Altovaden. 42.

In Dedicatione Ecclesiae.

87.

- |                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Omnis saltus Libani<br>multo splendet decore,<br>A duce praenobili<br>regali facta more,<br>Quam Tyrus et Babylon<br>pari zelant livore,<br>Hanc Juda et Ephraim<br>tanto colunt ardore,<br>Nec si Maro viveret,<br>digno referret ore. | 3. Perornantur floribus,<br>flores pascunt odore,<br>Odor spirans naribus<br>nos ligat in amore,<br>Scatent rivi fontium,<br>campi rident virore,<br>Strepit cantus avium<br>multiplici canore,<br>Ver ibi perpetuum,<br>quies sine labore. |
| 2. Pavimentum nitidum<br>argenteo colore,<br>Aureus est paries<br>non indigens pictore,<br>Tectum cedro redolet<br>celatum omni flore,<br>Margaritae renitent<br>earumque splendore<br>Lucent domus intima<br>velut sol in fervore.        | 4. Princeps domus inclitus<br>omni carens rancore<br>Laetus, pulcher, dapsilis,<br>nullo prudentiore,<br>Quem infundit coelitus<br>pater superno rore<br>Et ditavit celsius<br>omni imperatore,<br>Ad se traxit omnia<br>suo pio cruore.    |

5. Hujus sponsa nivea  
et roseo rubore,  
Duplici victoria  
consimilis aurorae,  
Lactat omnes populos  
gratiarum vigore,  
Implens haec palatia  
nuptiali candore,  
Quae suspirans gaudia  
spero sed cum timore.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. — 1, 1 resplendet. — 1, 4 Judas. — Diesem Liede auf die Freuden des himmlischen Jerusalems fehlt augenscheinlich der Anfang, da der ersten Strophe ein Subjekt (weiblichen Geschlechtes) abgeht, vermutlich domus, Jerusalem, Sion oder dergl.

88.

- |                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. In rerum principio<br/>Fundatur ecclesia,<br/>A parentis filio<br/>Mater habet praemia,<br/>Exsul agat gaudia<br/>Restaurato praedio,<br/>Nam purgato lolo<br/>Pullularunt lilia.</p>                     | <p>3. Fractus Adam ederat<br/>Arboris exitii,<br/>A morsu mors venerat<br/>Cum causa decidii,<br/>Sed Christus, flos lilii,<br/>Vitam reparaverat,<br/>Solvens dono gaudii<br/>Totum, quod perierat.</p>      |
| <p>2. Zabule, dic impie,<br/>Dic, quid fraudes faciunt?<br/>Quid prosunt insidiae,<br/>Quid doli proficiunt?<br/>Nam regem respiciunt<br/>In regno laetitiae<br/>Et bravium capiunt<br/>Rectores ecclesiae.</p> | <p>4. Pastor ovem perditam<br/>Reportat ad patriam,<br/>Christus pesti deditam<br/>Serenat ecclesiam,<br/>Expurgat versutiam,<br/>Confortat sollicitam,<br/>Dat dona per gratiam<br/>Justis dari solitam.</p> |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. I. — Aus der XIII. Abteilung der Hs. Verfasser vielleicht Philippe de Grève.

89.

- |                                                                                                                                       |                                                                                                                                       |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Pulsa noxae scoria<br/>Laudis sacrificia<br/>Regi regum immola.<br/>R<sup>o</sup> Pange cum laetitia,<br/>Jerusalem incola.</p> | <p>4. Urbis viridaria<br/>Grata reddant lilia<br/>Et rosas cum viola.<br/>R<sup>o</sup> Pange cum laetitia,<br/>Jerusalem incola.</p> |
| <p>2. Urbis tuae moenia<br/>Recta conscientia<br/>Fultet et non subdola.</p>                                                          | <p>5. Et illa seminia<br/>Sequestrentur omnia,<br/>Quae non sunt benevola.</p>                                                        |
| <p>3. Super interstitia<br/>Amoris praeunntia<br/>Jubilet ruscinola.</p>                                                              | <p>6. Quibus patent ostia,<br/>Vitiorum conscia<br/>Mundet virtutum schola.</p>                                                       |
| <p>7. Sabaoth clementia<br/>Nos post mundi taedia<br/>Venustet aureola.</p>                                                           |                                                                                                                                       |

Cod. Parisin. ol. Sandionysian. 15131. saec. 13. — 2, 3 das Wort Fultet (fulto?) hat sich unser Poet vermutlich mit derselben Unbefangenheit gebildet, wie seminia u. a. — 3, 3 ruscinula = rossignol.

II.

FESTIVAE DE SANCTIS.

---



In Festo omnium Sanctorum.

90.

- |                                                                                                            |                                                                                                            |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Universorum orgio<br>Sanctorum et solemnio<br>Sit laus, decus et gloria<br>Illi, qui regit omnia.       | 4. Hic non est metus fremitus<br>Neque languoris gemitus,<br>Sed securitas nimia<br>Et salus finis nescia. |
| R <sup>o</sup> Supernae matris gaudia<br>Repraesentet ecclesia.                                            | R <sup>o</sup> Supernae matris gaudia<br>Repraesentet ecclesia.                                            |
| 2. Nemo posset describere<br>Aut per sermonem pandere,<br>Quanta sit coeli curia<br>Felicitatis copia.     | 5. Illic sancti dispositi<br>Secundum formam meriti,<br>Una vocis sirurgia<br>Deo fundit praeconia.        |
| 3. Hic est perpes festivitas<br>Atque pacis tranquillitas,<br>Hic est vera concordia<br>Et jugis amicitia. | 6. In summitate ordinum<br>Est juxta nostrum Dominum<br>Beata virgo Maria,<br>Advocata nostra pia.         |
| 7. Oremus, ut ad civium<br>Supernorum consortium<br>Nos ab ista miseria<br>Christi producat gratia.        |                                                                                                            |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

91.

- |                                                                                                                                  |                                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecce, sanctorum<br><i>Κοινὸν</i> orgium,<br>Ad decus quorum<br>Et solemnium<br>Regi coelorum<br>Sit praeconium<br>In exordio. | 2. <i>Γλῶσσαι</i> pandere<br>Nequit penitus<br>Neque sapere<br>Cor humanitus,<br>Quanto foedere<br>Regnet coelitus<br>Exsultatio. |
| R <sup>o</sup> Sion concio<br><i>Ἀνὰ</i> jubilet<br>Cum tripudio.                                                                | R <sup>o</sup> Sion concio<br><i>Ἀνὰ</i> jubilet<br>Cum tripudio.                                                                 |

3. O quam *ἀγία*  
 Est haec civitas,  
 Cujus curia  
 Est solemnitas  
 Lenchos nescia  
 Et tranquillitas  
 Abs dissidio.

4. Juxta merita  
 Illic agmina  
 Sunt disposita,  
 Ἐνὶ culmina  
 Quorum inclita  
 Coeli domina  
 Est cum filio.

5. Te nos cernere  
 Precamur, Eli,  
 Quem continue  
 Laudant angeli,  
 Nobis tribue  
 Post mortem caeli  
 Frui gaudio.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13. — Vor dem Refrain, der vor Str. 1 steht, heisst es: „Detele heure vi labiante madame guene puis sanz li. Contra in Latino: Sion concio etc. — 1, 2 cenon orgium. — 3, 5 Was mit Lenchos gemeint ist, bleibt mir zu dunkel, um eine Konjektur zu wagen; man erwartet dem Sinne nach etwas wie finis nescia, oder allenfalls ein Wort, das Leid, Klage oder ähnliches bedeutet. — 4, 7 Est fehlt.

## 92.

1. Praesenti solemnio  
 Orthodoxe jubilate,  
 Noxae pulsa caecitate  
 A cordis hospitio.  
 2. Culto a fidelibus  
 Isto geras ergo festo,  
 Christo decus primum esto,  
 Dein sanctis omnibus.  
 3. Summa est felicitas  
 Peramoena coeli domo,  
 Plena *κλέως* cinnamomo,  
 Jugis est solemnitas.

4. Absque molestamine  
 Ibi *κατὰ* creatura  
 Sibi plaudit, carens cura  
 Et hostis formidine.  
 5. Et omnis melodia,  
 Clamor ibi praestat laudis,  
 Amor hic est expers fraudis.  
 Αὐτὸν concordia.  
 6. Regem cernunt gloriae  
 Coeli cives subjugati  
 Heli, summae majestati,  
 Hic constant in feria.

7. Ac eam salvifica  
 Assistentem tuae laudi  
 Gentem, Adonai, audi  
 Et eam purifica.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

## 93.

### De sancto Antonio.

1. Aquae vivae dat fluenta  
 Fons vivus Antonius,  
 Floret hortus, incrementa  
 Praestat Dei filius.

2. Vineam propaginat  
 Cultoris industria,  
 Dum in ramis germinat  
 Verae vitis gratia,  
 Viget fructus copia  
 Verbi fusa pluvia.

- |                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Servi providentia<br/>         Talenta multiplicat,<br/>         Dum divinae praemia<br/>         Virtutis amplificat,<br/>         Nam verbum, quod seminat,<br/>         In salutem germinat.</p> | <p>4. Veritatis speculum,<br/>         Morum domicilium,<br/>         Lux illustrans saeculum,<br/>         Fidei praesidium,<br/>         Errores elimina,<br/>         Tenebras illumina.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**94.**

**De sancto Bernhardo.**

- |                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Terit Bernardus terra<br/>         Mente raptus ad supera,<br/>         Bella retundit carnea<br/>         Mundi contemnens prospera.</p> | <p>Vestitum stola gloriae,<br/>         Christi transfert ad horrea<br/>         Fructum vitae suscipiens.</p>                                          |
| <p>2. In mandatorum area<br/>         Flagello poenitentiae<br/>         Spicam carnis excutens<br/>         Granum nudatum palea,</p>          | <p>3. Oliva fructifera,<br/>         Caritatis unctio,<br/>         Nardus odorifera,<br/>         Salutis refectio,<br/>         Reatus extermina,</p> |
- Pacis fove semina.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**De sancto Dionysio.**

**95.**

- |                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Jucundare, Gallia<br/>         Illustris et martia,<br/>         Patre Dionysio,<br/>         Eructa propitia<br/>         Laudis sacrificia<br/>         In ejus solemnio.</p>         | <p>4. Praeses urbis Gallicae<br/>         Fidei catholicae<br/>         Pullulante radio<br/>         Praecepit tyrannice,<br/>         Dei servos publice<br/>         Exponi martyrio.</p>    |
| <p>2. Hic Atheniensium<br/>         Linquens pontificium<br/>         Clementis imperio<br/>         In regnum egregium<br/>         Francorum rebellium<br/>         Venit conductu dio.</p> | <p>5. Catasta et verbere,<br/>         Crate, fune, carcere<br/>         Et crucis supplicio<br/>         Superatis facere<br/>         Festum coeperunt fere<br/>         Divino consilio.</p> |
| <p>3. Inde Christi nuntius,<br/>         Cujus erat socius<br/>         Cum Eleutherio<br/>         Rusticus, vir hagijs,<br/>         Replevit Parisius<br/>         Divino seminio.</p>     | <p>6. Lictor tandem inclitum<br/>         Seniorum, frutum<br/>         Coelesti edulio,<br/>         Praesentia comitum<br/>         Per praesidis monitum<br/>         Subjugavit gladio.</p> |

7. Exoremus, socii,  
Ut expulsa vitii  
Sorde nobis passio  
Sancti Dionysii  
In hujus exsilii  
Succurrat exitio.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian). 15 131. saec. 13.

96.

- |                                                                                                                        |                                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecce, festum egregii<br>Martyris Dionysii,<br>Quo ab hujus exsilii<br>Miseria<br>Migravit cum victoria.             | 4. Hic afflictus propter Deum<br>Catastam, lectum ferreum<br>Nec non clibanum igneum<br>Ac trucia<br>Devicit animalia.   |
| R <sup>o</sup> Gallia cum laetitia<br>Eximia<br>Αὐὰ pangat Alleluja.                                                   | R <sup>o</sup> Gallia cum laetitia<br>Eximia<br>Αὐὰ pangat Alleluja.                                                     |
| 2. Beatus dictus pontifex<br>Galliae fuit opifex,<br>Nam per eum peccati faex<br>Cum dulia<br>Cessit crescente latria. | 5. Post devictum patibulum<br>Rex coeli suum famulum<br>Transmissum in ergastulum<br>Sua dia<br>Refecit alimonia.        |
| 3. Signis fidei cognitis<br>Nequam praefecti monitis<br>Loris artatus fuit is<br>Et alia<br>Multa tulit supplicia.     | 6. Martyr tandem acephalus<br>Prout jussit praeses malus<br>Fuit, ubi regnat salus<br>Et gloria<br>Receptus coeli curia. |
| 7. Devotis ergo mentibus<br>Oremus, ut supplicibus<br>Dionysii precibus<br>Ad gaudia<br>Perducamur coelestia.          |                                                                                                                          |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15 131. saec. 13. — Dem Rundreime, mit dem das Lied in der Hs. beginnt, geht eine altfranzösische Strophe vorher, an die ersterer mit der Bemerkung gefügt wird: Contra in latino.

97.

- |                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Francigenae, radii<br>Morum atque vitae,<br>Dulcore praeconii<br>Festum insignite<br>Sancti Dionysii<br>Areopagitae,<br>Martyris egregii<br>Et archimandritae. | 2. Hic deserens Graeciam,<br>Cujus erat aegis<br>Et pastor, per gratiam<br>Angelorum regis<br>Accessit in Franciam<br>Cum suis collegis,<br>Non verens insaniam<br>Populi exlegis. |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Tandem Christi nuntius,<br/>         Duliae caducae<br/>         Versatilis gladius,<br/>         Non obstante truce<br/>         Populo, quantocius<br/>         Circumfusa luce<br/>         Fidei, Parisius<br/>         Venit Christo duce.</p> <p>4. Exstirpato duliae<br/>         Circumquaque felle<br/>         Infusoque latriae<br/>         Ejus loco melle,<br/>         Sator legis hagiæ<br/>         Per praefecti velle<br/>         Captus fuit impie<br/>         Caesa virgis pelle.</p> | <p>5. Clibani incendia<br/>         Fidei athleta<br/>         Ac tormenta alia<br/>         Mente tulit laeta,<br/>         Famis animalia<br/>         Rabie repleta<br/>         In ejus praesentia<br/>         Fuere quæta.</p> <p>6. Hinc pluribus aliis<br/>         Martyr trabeatus<br/>         Attritus suppliciis<br/>         Et incarcerationis,<br/>         Tandem ex cibariis<br/>         Coeli recreatus<br/>         Cum duobus sociis<br/>         Fuit decollatus.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
7. Te hoc in exsilio,  
 Sancte Dionysi,  
 Corde rogamus pio,  
 Ut omnes provisi  
 Sic tuo suffragio  
 Simus, ne divisi  
 Post mortem a gaudio  
 Simus paradisi.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15 131. saec. 13.

**98.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Seminavit Graecia,<br/>         Quod mentis in horrea<br/>         Jam reponit Gallia,<br/>         Granum sine palea,<br/>         Quod senio non interit,<br/>         Quod mundi mola non terit,<br/>         Quod nunc usque dapibus<br/>         Fideles coelestibus<br/>         Saginat.</p> | <p>2. Per defectum<br/>         solaris luminis<br/>         Illustratur<br/>         lumine numinis<br/>         Haerens Dionysius<br/>         In eclipsi dubius,<br/>         Neque clausas<br/>         Diu causas<br/>         Aperire sufficit.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Natura secum disputans,  
 Motus astrorum computans  
 Non invenit, quod quaeritur,  
 Sic ratio scrutinio  
 Deficiens compellitur,  
 Ut se supra se quaerat,  
 Dum, quod quaerit, attingere  
 Non temere desperat.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Cod. Guelfenhyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Cfr. Milchsack 201 sq.

**99.**

**De sancta Dorothea.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Par concentu rogitō<br/>         Omnis clerus cogito<br/>         Dulce carminari,<br/>         Laudet servam Domīni,<br/>         Laus sit ejus nomini,<br/>         Studeat sic fari:<br/>         Eja, linguam solvite,<br/>         Corde laeto canite,<br/>         Dorotheam petite,<br/>         Puro purae quaerite,<br/>         Supplices instate,<br/>         Ipsam adorete.</p> | <p>2. Tulisti memoriam,<br/>         Cum ad vitae gloriam<br/>         Virgo properares,<br/>         Oppressorum facere<br/>         Atque preces fundere,<br/>         Nos ut liberares;<br/>         Ergo, pia domina,<br/>         Vitae praestans omina<br/>         Scribe nostra nomina<br/>         Post haec carnis somnia<br/>         In perennem ritae<br/>         Librum, via vitae.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Fore mater pauperum  
 Et bonorum operum,  
 Sancta, cupiebas,  
 Pro nobis ad Dominum  
 Interpellans omnium,  
 Dando dulces odas  
 Benedicamus Domnio,  
 Patri sine termino,  
 In supremo solio,  
 Sit laus ejus filio  
 Pneumati et almo  
 Corde, jubilo.

Cod. Oenipontan. (ol. Carthusiae in Schnalz) saec. 14. — 3, 12 ist vielleicht verderbt; es fehlt eine Silbe und der Reim.

**100.**

**De sancto Francisco.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. In paupertatis praedio<br/>         Franciscus plantat vineam,<br/>         Verae vitis propaginem<br/>         Auget nova productio,<br/>         Evellens stirpem spineam,<br/>         Ficus alit dulcedinem,<br/>         Cedit spinetum lilio.</p> | <p>2. In via purgat vitia<br/>         Corde mundus et opere,<br/>         Coruscet ut in patria<br/>         Culpae liber ab onere.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Ad amoena pascua  
 Vagas oves dirige,  
 Fac sequi proficua,  
 Mentis lapsas erige,  
 Da cum agnis eligi,  
 Da cum granis colligi.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

# 101.

## De sancto Georgio.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Gloriosus, fervidus<br/>fidei zelator,<br/>Christi miles nobilis<br/>mundi supplantator,<br/>Eloquens Georgius<br/>fidem protestatur,<br/>Gentis dñi daemonia,<br/>dicens vinculatur.</p> <p>2. Obediens spiritui<br/>carnem maceravit,<br/>Tormentorum genera<br/>multa toleravit,<br/>Rectus in iudicio<br/>hostes expugnavit,<br/>Tortus in equuleo<br/>palmam reportavit.</p> | <p>3. Gratus in ardoribus<br/>ignis cruciatur,<br/>Constans in laboribus<br/>virgis flagellatur,<br/>Justus ut in carcere<br/>lumine privatur,<br/>Vulnus in doloribus<br/>sale confricatur.</p> <p>4. Fervidum hic plumbum, bis<br/>rotam superavit,<br/>Prece fusa sedula<br/>idola prostravit<br/>Sanctus ac pro populo<br/>Deum exoravit,<br/>Cursum vitae gladio<br/>felix consummavit.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. saec. 15/16. Cod. Mutinen. IV D 5. — 4, 1 Verum hic plumbum bis.

## De Innocentibus.

# 102.

- |                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. O Christi milites incliti,<br/>Cunis fasciisque armati,<br/>Matrum sugentes ubera<br/>Sumpsistis triumphalia.</p> <p>2. Rex aeterni regis filius,<br/>Cujus fuistis exercitus,<br/>Exsul manens in Aegyptum<br/>Praemisit vos in gaudium.</p> | <p>3. O felices infantuli,<br/>Flores superni solii,<br/>Agnum sequentes undique<br/>Laureati innocenti sanguine.</p> <p>4. O praecelsi duces martyrum,<br/>Placate pium Dominum,<br/>Ut hoc nostrum collegium<br/>Jungatur coetui virginum.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
5. Gloria tibi, Domine,  
Qui nos ditasti magnifice  
Reliquiis sanctorum,  
Qui tecum regnant per saeculum.

Grad. ms. Porcetense saec. 12/13. Cod. Darmstadien. 931. add. saec. 14. — 3, 4 hat mindestens zwei Silben zu viel, 5, 3 eine zu wenig. — Aufschrift: Laus de innocentibus.

# 103.

- |                                                                                                                 |                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ad infantum triumphantum<br/>Gloriosum transitum,<br/>Quis polorum perviorum<br/>Mors paravit aditum,</p> | <p>2. Rex insanus misit manus<br/>Bethlehem per ambitum,<br/>In furore de cruore<br/>Inquinans exercitum.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Sed in vanum versat manum,<br/>Quod facit, est irritum,<br/>Namque dire vult ferire,<br/>Non est ei licitum.</p> <p>4. Lictor saevit nec implevit<br/>Furorem indomitum,<br/>Ferit, truncat et aduncat<br/>Morem praeter solitum.</p> | <p>5. Ut est scriptum, in Aegyptum<br/>Duxerat transpositum<br/>Joseph pater, virgo mater,<br/>Sicut erat creditum.</p> <p>R<sup>o</sup> Sint infantes festivantes,<br/>Et sonorus psallat chorus,<br/>Nec desistat, sed insistat<br/>Dulcem ferre sonitum.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. — 3, 3 Lies: Nam quod dire? — 4, 4 est fehlt.

### 104.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ecce, jam celebra<br/>Redeunt solemnia,<br/>Quibus Dei unicus<br/>Natus est humanitus<br/>Absque viri semine<br/>Ex illibata virgine.</p> <p>R<sup>o</sup> Domini nativitas<br/>Jure nostri est jucunditas.</p> <p>2. Pro cujus invidia<br/>Herodis saevitia<br/>Sunt infantum plurima<br/>Trucidata milia,<br/>Quos divina gratia<br/>Coeli duxit ad palatia.</p> | <p>3. Ergo vos, o socii,<br/>Non est tempus otii,<br/>Summa cum laetitia<br/>Christi natilitia<br/>Celebrantes pariter<br/>Jubilemus unanimiter.</p> <p>R<sup>o</sup> Domini nativitas<br/>Jure nostri est jucunditas.</p> <p>4. Et tu, lector inclite,<br/>Jube domne incipe,<br/>Laudem hic in parvulis<br/>Qui emerunt jugulis,<br/>Ut transirent ad gloriam<br/>Terrenam per victoriam.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157. — Auf-  
schrift: In die sanctorum innocentium.

### 105.

#### De s. Johanne Baptista.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                             |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Psallat concors symphonia<br/>Laudem Christi praeconis,</p> <p>2a. Laudat chorus organicus<br/>Per graves ab acutis</p> <p>3a. Suavis sonet harmonia<br/>Dulces melos,<br/>Vocem jucunditatis,</p> <p>4a. Accendat nos empyreum<br/>Pneuma sacro fulgore</p> | <p>1b. Euge dulcis euphonia,<br/>Pange rhythmos cum tonis.</p> <p>2b. Et plaudat omnis lyricus<br/>In modulis argutis.</p> <p>3b. Sine doli lascivia,<br/>Sed gaudiis<br/>Ignitae caritatis.</p> <p>4b. Cor et illustrans igneum<br/>Divino sub ardore.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                        |                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 5a. Solve polluti<br>labii peccamina,                                                                  | 5b. Baptista felix,<br>pia per precamina.                                                       |
| 6a. Ut pura sint mundati<br>oris famina                                                                | 6b. Fiantque tibi grata<br>nostra carmina.                                                      |
| 7a. Salve, praecursor nobilis,<br>pacis dogma per orbem<br>seminasti,                                  | 7b. Testis aeterni numinis,<br>agnum venturum mundo<br>demonstrasti.                            |
| 8a. Inter prophetas maximus,<br>Apostolis praelatus,                                                   | 8b. Martyrio sanctissimus<br>Triumphas laureatus.                                               |
| 9a. Tu trinitatis vernulus,<br>Baptismatis pincerna,                                                   | 9b. Tu sanctitatis formula,<br>Lucens lucis lucerna.                                            |
| 10a. Johannes, Dei gratia<br>Divinitus vocaris,                                                        | 10b. Coelestis regni gaudia<br>Scintillans tuis caris.                                          |
| 11a. Doctorum fulges almo<br>privilegio,                                                               | 11b. Praeclarae castitatis<br>flores lilio.                                                     |
| 12a. Quem angelus<br>ab arce poli nuntius                                                              | 12b. Praenuntiat<br>vitae futurae praescius.                                                    |
| 13a. O quam felix nativitas,<br>Quae meruit<br>De coelis nuntiari,                                     | 13b. Nomen cujus immensitas<br>Digna fuit<br>Per angelum portari.                               |
| 14a. Quam stupenda, quam benigna<br>caritas                                                            | 14b. Quam sancta, quam laudabilis<br>jucunditas.                                                |
| 15a. Regem coelorum senseras<br>Ventris obstruso<br>positus cubili,                                    | 15b. Dum matris exsultaveras<br>Alvo resultans<br>motu puerili.                                 |
| 16a. Confers loquelam genitus<br>Sublatam Zachariae                                                    | 16b. Et praestas isdem penitus<br>Veritatem prophetiae.                                         |
| 17a. Fugis mundanas tenebras,<br>Spernis peccati morem,                                                | 17b. Subis deserti latebras<br>Christi propter amorem.                                          |
| 18a. Salve, mundi speculum,<br>Nostorum spectaculum,<br>Vera virtus omnium<br>Credientium.             | 18b. Baptizator gentium,<br>Consolator mentium,<br>Salus et solatium<br>Moerentium.             |
| 18c. Fidei vestigium,<br>Ex agro gentilium<br>Exstirpasti lolium<br>Errantium.                         |                                                                                                 |
| 19a. Tibi potum fons ministrat,<br>Pastum favus mellis,<br>Cujus vita nos magistrat<br>Altior stellis. | 19b. Vox clamantis in deserto<br>Parans vitae viam,<br>Cujus docens in aperto<br>Matrem Mariam. |

19c. Baptizari meruisti  
 Vivam formam panis,  
 Benedictum corpus Christi,  
 Rivo Jordanis.

- |                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 20a. In columbae specie<br>Spiritus prudentiae,<br>Fides, vox laetitiae,<br>Spes gloriae.                                                                                               | 20b. Vox auditur regiae<br>Patris sapientiae,<br>Regis coeli curiae,<br>Vox gloriae.                                                                                                                                                            |
| 21a. Hic est verus et electus<br>Rex perennis vitae,<br>Meus filius dilectus,<br>Ipsum audite.                                                                                          | 21b. Hujus sanctae visionis<br>Testis comprobarris<br>Et paternae jussionis<br>Dicta sectaris.                                                                                                                                                  |
| 22a. O dulcedo luminum,<br>Johannes, summa legis,<br>Lucens ante Dominum,<br>Miles superni regis.                                                                                       | 22b. Sator evangelii,<br>Propheta veritatis,<br>Restitutor gaudii,<br>Destructor vanitatis.                                                                                                                                                     |
| 23a. Verum mundi florem,<br>Flore dulciorem,<br>Salutis auctorem,<br>Puro puriorem,                                                                                                     | 23b. Saevi regis feritas<br>Insana decollavit,<br>Hinc Dei gratuitas<br>Te digne coronavit.                                                                                                                                                     |
| Trium centupliciter<br>In coelis aeternarum<br>Fructuans solemniter<br>Triumpho coronarum,                                                                                              | <div style="text-align: center;">           *       *<br/>             *   *<br/>             *   *<br/>             *   *<br/>           *       *         </div> Salve, beatorum<br>Civis angelorum,<br>Illustrator morum,<br>Gloria polorum. |
| 23c. Trames rectitudinis,<br>Sanctorum fortitudo,<br>Laus beatitudinis,<br>Virtutum magnitudo,<br><br>Lux aeternitatis,<br>Favus pietatis,<br>Decus aequitatis,<br>Splendor claritatis. |                                                                                                                                                                                                                                                 |
| 24a. Tuis sacris precibus<br>Adesto naufragatis,<br>Ut completis laudibus<br>Solvamus a peccatis.                                                                                       | 24b. Purga sordes cordium<br>Origo bonitatis,<br>Da salutis gaudium,<br>Corona largitatis.                                                                                                                                                      |

Clm. Monacen. (ol. Diessen.) 5589. saec. 14. — 15b, 2 sq. motu resul-  
 tans. — 16a, 1 Confers eisdem genitus. — 22a, 4 Mille superni. — Aufschrift:  
 Cautilena de sancto Johanne Baptista.

106.

De s. Johanne Evangelista.

- |                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Christi sit nativitas<br>Cum jubilo repleta,<br>Cujus coelestis civitas<br>In vita quieta<br>Johannem collocavit<br>Epulisque pavit,<br>Vocavit<br>Post senium.            | 3. Virus hic mortiferum<br>Incolumis potavit,<br>Per quod binos miserum<br>Letum tunc prostravit,<br>Quibus vires tribuit<br>Et vitam restituit<br>Et diluit<br>Exitium.       |
| R <sup>o</sup> Johannes, te rogamus,<br>Da nobis, ut bibamus,<br>Ne hamus<br>Nos trahat in supplicium.                                                                        | R <sup>o</sup> Johannes, te rogamus,<br>Da nobis, ut bibamus,<br>Ne hamus<br>Nos trahat in supplicium.                                                                         |
| 2. Praeceptoris in pectore<br>Suaviter dormivit,<br>Bibens in coenae tempore<br>Fluenta, quae scivit<br>Pectus, quod refecit<br>Nos et mortem jecit<br>Et fecit<br>Convivium. | 4. Custos nostri Domini,<br>Cum Dominus pependit<br>In cruce, salus homini,<br>Quam bene defendit<br>Velut suam matrem,<br>Honorans nostrum patrem,<br>Et matrem<br>Et filium. |
| 5. Virgini cum virgine<br>Nos cernui cantamus,<br>Nec tu, lector, desine<br>Laudes, quas sonamus,<br>Ut post hoc terrenum<br>Ducamur ad amoenum<br>Serenum<br>Palatium.       |                                                                                                                                                                                |

Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157.

107.

De ss. Johanne et Jacobo.

- |                                                                                                                                 |                                                                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Duo unum genere,<br>Duo unum munere,<br>Unum sunt in gratia,<br>Duo unum nomine,<br>Duo unum lumine,<br>Unum sunt in gloria. | 2. Duo sunt virginei,<br>Duo consanguinei<br>Gubernantis omnia,<br>Duo sunt prophetici,<br>Duo evangelici<br>Testes in ecclesia. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

**112.**

**De sancto Leodegario.**

- |                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ovans chorus scholarium<br>Almum Leodegarium<br>Psallendo carmen varium<br>Pura colit mente.<br>Clara ortus prosapia,<br>Nutritus aula regia,<br>Sacra perdiscens studia<br>Didone docente. | 2. Fide firmatus triplici,<br>Securus spe multiplici,<br>Dilectione duplici<br>Floruit beatus,<br>Bino felix charismate,<br>Mundum rigavit dogmate,<br>Corusco diademate<br>Fuit laureatus. |
| R <sup>o</sup> O trina de aureola<br>Gaudens, Leodegari,<br>Trina fortis areola<br>Laetarisque stoleola,<br>Pro tuis preces cumula,<br>Ut queant beari.                                        | R <sup>o</sup> O trina de aureola<br>Gaudens, Leodegari,<br>Trina fortis areola<br>Laetarisque stoleola,<br>Pro tuis preces cumula,<br>Ut queant beari.                                     |

3. De passionis rivulis  
Bibens privatur oculis,  
Lingua, labris, ne populis  
Praedicet aeterna;  
Nova fandi potentia  
Refert Dei magnalia,  
Caput exaltans gaudia  
Meruit superna.

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14.

**De s. Maria Magdalena.**

**113.**

- |                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ave, purum vas argenti<br>Decocta rubigine,<br>Christi custos munimenti,<br>Nati sine semine<br>De Maria virgine.<br>Tibi pie se quaerenti<br>Nec non ad sepulchrum flenti<br>Deitas in homine<br>Pandit sub velamine,<br>Flere desine. | 2. Pape, mulier, quid ploras,<br>Quem quaeris, quem visitas?<br>Cur hic jaces per tot horas,<br>Surge quid hic latitas?<br>Numquid hoc vult caritas,<br>Quod in flendo sic laboras?<br>Hunc timorem mitte foras,<br>Et tunc forte bonitas<br>Aderit et veritas,<br>Quam tu flagitas. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Non me possum continere<br/>         Nec cessare debes,<br/>         Semper volo Jesum flere,<br/>         Nam amore langueo,<br/>         Heus, sublatum videc,<br/>         Qui solebat me docere;<br/>         Jesu, bone, miserere,<br/>         Facere quid debeo?<br/>         Nunc, ut quondam soleo,<br/>         Te non video.</p>              | <p>5. O Maria, noli flere<br/>         Nec te plus affligere,<br/>         Resurrexi vivens vere,<br/>         Sed noli me tangere,<br/>         Ad patrem ascendere<br/>         Nondum potes, me videre,<br/>         Fides deest, illam quaere<br/>         Et sic Petro dicere,<br/>         Quod me vides vivere,<br/>         Vade propere.</p> |
| <p>4. Hortulane, si vidisti<br/>         Illum, post quem mussito,<br/>         Aut hunc si tu sustulisti,<br/>         Mihi, quaeso, dicito;<br/>         Gradu quaerens concito<br/>         Tollam, unde posuisti,<br/>         Sic me moestam refovisti,<br/>         Quem pro more solito<br/>         Ungam more debito,<br/>         Nullum dubito.</p> | <p>6. Raboni, jam sunt exorta<br/>         Vera nobis gaudia,<br/>         Cum destructa mortis porta<br/>         Vivis salvans omnia,<br/>         Pro tua clementia<br/>         Desolatos nos conforta<br/>         Et fac tandem, ut absorpta<br/>         Sit mors in victoria,<br/>         Tecum ut ecclesia<br/>         Sit in gloria.</p>  |

Cod. Oxonien. Digby 2. saec. 13/14. Mit Mel.

# 114.

- |                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Novum festum celebremus<br/>         Novos cantus et cantemus<br/>         Facta rerum novitate<br/>         In nova solemnitate.</p>          | <p>4. Et assumens, quod non erat,<br/>         Manens tamen id, quod erat,<br/>         Est Non-homo factus homo<br/>         Deus, ut salvetur homo.</p> |
| <p>2. Servus erat primus homo<br/>         Factus pro comesto pomo,<br/>         Ob hoc poenas est daturus,<br/>         Velit, nolit moriturus.</p> | <p>5. Venit ergo praedicare<br/>         Cunctis et salutem dare,<br/>         Regna dat aeternitatis,<br/>         Si desistant a peccatis.</p>          |
| <p>3. Dolens ergo creaturam<br/>         Mundi factor perituram<br/>         Sola ductus pietate<br/>         Sexta descendit aetate.</p>            | <p>6. Sed Maria Magdalena<br/>         Peccatorum labe plena,<br/>         Ut audivit ejus verbum,<br/>         Rea crimen flet acerbum.</p>              |
7. Flendo sua rigat ora  
 Jam non est in ulla mora,  
 Mundi linguens blandimenta  
 Christum quaerens fert unguenta.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3549. saec. 12. A. — Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 7319. saec. 12. B. — 2, 1 homo primus A. — 2, 2 Facto AB.

**115.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Alto corde gaudeamus<br/>         Ac in nullo doleamus,<br/>         Nam peccatrix procumbendo,<br/>         Christi pedes abluendo<br/>             Veniam promeruit.<br/>         Ante regem trepida<br/>         Venit haec et pallida,<br/>         Facta pavens scelera,<br/>         Commovendo viscera<br/>             Lacrimans ingemuit.</p> | <p>2. Rex, inquit, rex unice,<br/>         Miseram hanc respice,<br/>         Mea dele crimina,<br/>         Dimitte peccamina<br/>             Temperans justitiam.<br/>         Versus ad hanc medicus<br/>         Humilis, mirificus,<br/>         Ne desperent peccatores,<br/>         Septem criminum errores<br/>             Exstinxit in filia.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Pii patris pietas,  
 Summi regis deitas,  
 Hujus mota precibus  
 Se largitur omnibus  
     Sic quaerendo veniam.  
 Ergo cantus resonemus,  
 Resonando festivemus,  
 Istam diem tam praeclaram,  
 Universo mundo caram  
     Cum summa laetitia.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. — 2, 10 in filiam Hs.

**116.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Domum obediētiaē<br/>         Dum intraret rex gloriae,<br/>         Quaedam subintrat femina<br/>         Sua deplorans crimina.</p> <p>2. Plangens actus daemonicos,<br/>         Rigans pedes Dominicos<br/>         Osculatur, amplectitur,<br/>         Tergit, tergendō tergitur.</p> <p>3. Fudit nardum purissimum<br/>         Super caput Dominicum,<br/>         Ex odoris fragrantia<br/>         Sacra fragrant convivia.</p> <p>4. In hujus ergo laudibus<br/>         Culpis dejectis omnibus<br/>         Laeti solemni gaudio<br/>         Benedicamus Domino.</p> | <p>5. O Maria Magdalenae,<br/>         Dum adhuc essent tenebrae,<br/>         Festinas Christum quaerere,<br/>         Cum amor nescit cedere.</p> <p>6. Quem, dum fleret in hortulo<br/>         Summo mane diluculo<br/>         Cum ceteris apostolis<br/>         Prima videre meruit.</p> <p>7. Gavisa viso Domino<br/>         Gressu festinans concito,<br/>         Apostolos aggreditur,<br/>         Quos his verbis alloquitur:</p> <p>8. Do vobis nova gaudia,<br/>         Rex, qui creavit omnia,<br/>         Sua magna potentia<br/>         Surrexit. Deo gratias.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Parisien. (ol. Martialen.) 3237. add. saec. 13 in.

**117.**

- |                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Pudore femineo<br>deleto moerore,<br>Picturato lilio<br>roseoque flore,<br>Agni sponsa nascitur<br>praemisso labore,<br>Quam sumpsit extraneo<br>Magdalena more.        | 2. In cavernis latitat<br>tamquam bestialis,<br>Herbis et radicibus<br>fames naturalis<br>Sedatur, quae primitus<br>fuerat localis,<br>Jam non comprehenditur<br>angelis sodalis. |
| 3. Sordidati crimine<br>veniam petamus,<br>Ad coelestem medicum<br>cito recurramus,<br>Ut consortes faciat<br>Mariae, petamus,<br>Dicat omnis populus:<br>Deo benedicamus. |                                                                                                                                                                                   |

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95.

**118.**

**Planctus Magdalenae ad pedes Jesu.**

- |                                                                                                                                   |                                                                                                                                         |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Flere libet<br>ac flere debeo,<br>Flere libet,<br>dum tempus habeo,<br>Flere libet,<br>dum fletu valeo<br>Fletum compescere; | 1 b. Fletus iste<br>prodit ex intimis,<br>Dolor ingens<br>dat iter lacrimis,<br>Qui de causis<br>procedit plurimis<br>In corde miserae. |
| 2 a. Jure fleo<br>conscia scelerum,<br>Quibus pectus<br>imbui tenerum,<br>Quibus corpus<br>subjeci miserum<br>Vix genita;         | 2 b. Non apparet<br>malorum cumulus,<br>Omnis in me<br>caligat oculus,<br>Plus commisi,<br>quam credat populus,<br>Illicita.            |
| 3 a. Ad te, Jesu<br>benigne, venio,<br>Ad medicum<br>aegra confugio,<br>Ne condemnes<br>dignam supplicio,<br>Pater pie.           | 3 b. Tu figmentum<br>expertus hominis,<br>Laxa justi<br>pondus examinis<br>Et dimitte<br>reatum criminis,<br>Fons veniae.               |

4 a. Secus pedes  
    prostrata jaceo,  
Mea mecum  
    peccata lugeo  
Et levare  
    vultum non audeo  
    Prae pudore.

4 b. Vitae meae  
    revolvens seriem  
Non audeo  
    levare faciem,  
Mens infirma  
    non habet requiem  
    Suo more.

5 a. Ad convivas  
    intravi flebilis,  
Dolens, gemens  
    et miserabilis,  
Audi quaestus  
    et preces humilis  
    Poenitentis.

5 b. Non te movet,  
    quod inter epulas  
Fundo fletus  
    et voces quaerulas?  
Terge, quaeso,  
    sordes et maculas  
    Pravae mentis.

6 a. Plus me torquet  
    amissa gratia,  
Quam torquerent  
    multa supplicia,  
Eia,  
    Summa clementia  
Data me venia  
    Redde libertati.

6 b. Plus peccasse  
    quam pati timeo  
Et peccati  
    pondus abhorreo,  
Adeo,  
    Quod parum paveo  
Nec grave censeo  
    Sine culpa pati.

7 a. Quibus pectus  
    vacet deliciis,  
Satis certis  
    monstrat indiciiis  
    Pallor in facie  
    Confecta macie,  
    Quae tantae gratiae  
    Nonnunquam exstitit.

7 b. Quod si tamen,  
    digne poeniteo,  
Non est meum,  
    sed tibi debeo,  
    Confirma foedera,  
    Conserva munera,  
    Quae tua dextera  
    Jam mihi praestitit.

8 a. Longo luctu  
    consumptis lacrimis  
Dolor magnus  
    saevit in intimis,  
Eoque miserae  
    plus urit spiritum,  
Quo foras libere  
    non habet exitum.

8 b. Tu me vides  
    intus et deforis,  
Tibi patent  
    secreta pectoris,  
Da mihi requiem,  
    Jesu piissime,  
Et leni rabiem  
    dolentis animae.

9 a. Pharisaeus arguit  
    Et profanam renuit,  
    Quem peccatrix tangit;

9 b. Sed qui ream reprobat,  
    Cur non magis adprobat,  
    Quod reatum plangit.

- |                                                                                               |                                                                                                |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 10 a. Cur mundatus<br>a lepra corporis<br>Mihi morbum<br>sanari pectoris<br>Indignatur?       | 10 b. An non audit,<br>quod ei dicitur,<br>Quod ab ea,<br>cui plus dimittitur,<br>Plus amatur? |
| 11 a. Aeque libramine<br>Penset cum crimine<br>Poenitentis votum;                             | 11 b. Non est in scelere,<br>Qui vult corrigere,<br>Quod commisit, totum.                      |
| 12 a. Vulneris immodicum<br>Sentio dolorem,<br>Aegra quaero medicum,<br>Rea salvatorem.       | 12 b. Sana morbum vulneris,<br>Medicina vitae,<br>Et, pro quibus posceris,<br>Crimina dimitte. |
| 13 a. Jesu, fave supplici<br>Voto poenitentis,<br>Nec me sinas affici<br>Poenis in tormentis. | 13 b. Non me tradas inferi<br>Poenis pro peccatis,<br>Sed clementer aperi<br>Sinum pietatis.   |
| 14 a. Pelle metum,<br>Tolle letum,<br>Terge fletum<br>Placatus precibus,                      | 14 b. Fac me laetam<br>Et quietam,<br>Pone metam<br>Tantis doloribus.                          |

Cod. Londinen. (Liber Cistercii) Add. 15 722. saec. 12/13.

## 119.

### De sancta Margareta.

- |                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Salve, virgo martyr Christi,<br>Margareta, quae vicisti<br>Olybrium martyrio;<br>Salve, tuo patri, rosa,<br>Quae fuisti odiosa,<br>Sed dilecta filio.                                                                        | 2. Dei, ob amorem cujus<br>Spretis regni mundi hujus<br>Cunctisque ornatibus<br>Saecli, sanguinem fudisti<br>Nec non totam tribuisti<br>Te tortorum manibus. |
| 3. Ergo, martyr Margareta,<br>Nobis confer regna laeta,<br>Hac valle miseriae,<br>Consolare lugentem<br>Laudantem cleri mentem<br>Dono tuae gratiae<br>Et concede conregnare<br>Nobis tecum et amare<br>Christum regem gloriae. |                                                                                                                                                              |

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14.

Dreves, Cantiones et Mutati. II.

De sancto Nicolao.

120.

- |                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Sancto Dei Nicolao<br>Laus detur et gloria,<br>Istum namque dignum laude<br>Recolit ecclesia,<br>Omnis mundus sit jucundus<br>In ejus praeconio.               | 3. Pauper iste trium pater<br>Exsistebat virginum,<br>Egens pane lupanari<br>Destinantur omnium,<br>Quem ditavit Nicolaus<br>Propter regem omnium.  |
| 2. Caecis visum, claudis gressum<br>Mancis manus reddidit,<br>Atque natum patri raptum<br>Ei flenti reddidit,<br>Aurum dando relevavit<br>Pauperem, qui credidit. | 4. Ergo Deum supplicantes<br>Laudemus humiliter<br>Et hunc sanctum Nicolaum<br>Operantem taliter<br>Et ovariantes ejus festum<br>Agamus solemniter. |

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12.

121.

- |                                                                                                                                |                                                                                                                                    |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Iste puerulus<br>Jacens cunabulis<br>Jam Christi famulus<br>Fulgens miraculis,<br>Quarta, sexta feria<br>Servabat jejunia.  | 4. Beatus pontifex<br>Tribus clericulis<br>Permansit opifex<br>Atque puellulis<br>Pro patris inopia<br>Paratis ad vitia.           |
| R <sup>o</sup> Sancti Nicolai<br>vacemus titulis,<br>Cum summa laetitia<br>Pangentes Alleluja.                                 | R <sup>o</sup> Sancti Nicolai<br>vacemus titulis,<br>Cum summa laetitia<br>Pangentes Alleluja.                                     |
| 2. Hinc expers criminis<br>Placens in oculis<br>Dei et hominis<br>Fuit ad praesulis<br>Provectus fastigia<br>Divina clementia. | 5. Hic vitam reddidit<br>Strato vehiculis,<br>Judaesus credidit<br>Mox perpendiculis<br>Auri, quod in media<br>Perfusum vidit via. |
| 3. Oppresso populo<br>Famis articulis<br>Ac in periculo<br>Nautis conquerulis<br>Prae mortis angustia<br>Donavit suffragia.    | 6. Ejus mausoleum<br>Diebus singulis<br>Emittit oleum,<br>Quod morbi maculis<br>Infectis remedia<br>Praebet salutaria.             |

7. Oremus ideo  
Mentibus sedulis  
Supplices Deo,  
Ut nos oraculis  
Illius ad gaudia  
Perducat coelestia.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13. — Das Lied beginnt wie immer mit dem Refrain; vorher geht:

Joi te rossignol  
Chantez de sus i rain,  
Viar dinet namie  
De sus laure florie.

Dann: Contra in Latino: Sancti Nicolai etc.

## 122.

- |                                                                                                  |                                                                                                   |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Hic Dei plenus gratia<br>Temptat a pueritia<br>Quarta sextaque feria<br>Se domare jejunio.    | 4. Tres pro patris inopia<br>Praeparatas ad vitia<br>Virgines ab infamia<br>Retraxit auri pretio. |
| R <sup>o</sup> Nicolai solemnio<br>Laetetur cleri concio.                                        | R <sup>o</sup> Nicolai solemnio<br>Laetetur cleri concio.                                         |
| 2. Hinc praesul Myrae nuntia<br>Voce de coeli curia,<br>Puero in caldaria<br>Profuit in auxilio. | 5. In Dei fide hagia<br>Fultus defunctus in via<br>Revixit virtute dia<br>Et praesulis suffragio. |
| 3. Pulsa famis angustia<br>Tritici abundantia<br>Nautis ejus clementia<br>Subvenit in naufragio. | 6. Multa virtutum alia<br>Facit Deus insignia<br>Illius amicitia<br>Hujus mundi auxilio.          |
| 7. Oremus, ut ad gaudia<br>Nos poli finis nescia<br>Nicolai propitia<br>Perducat intercessio.    |                                                                                                   |

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13. — 2, 4 Praefuit.

## 123.

- |                                                                                                                                          |                                                                                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ille civis Paterae,<br>Dei plenus gratia,<br>Mammae coepit parcere<br>Quarta, sexta feria,<br>Servando jejunia<br>Ab annis prioribus. | 2. Inde Myrae pontifex<br>Divino juvamine,<br>Plebi fuit opifex<br>In famis gravamine<br>Ac in maris turbine<br>Nautis conquerentibus. |
| R <sup>o</sup> Laudibus<br>Nicolai dulcibus<br>Vacemus cum cantibus.                                                                     | R <sup>o</sup> Laudibus<br>Nicolai dulcibus<br>Vacemus cum cantibus.                                                                   |

- |                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Hic tres auri munio<br/>         Puellas a fornicis<br/>         Retraxit opprobrio<br/>         Nec non atque clericis<br/>         In domo carnificis<br/>         Pie subvenit tribus.</p> | <p>4. Ex ejus tumba fuit<br/>         Incessanter oleum,<br/>         Quod omnino destruit<br/>         Doloris aculeum<br/>         Horum, qui piis eum<br/>         Deprecantur mentibus.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
5. Exoremus Dominum  
 Atque regem omnium,  
 Qui non habet terminum,  
 Ut ad poli civium  
 Nos perducatur gaudium  
 Nicolai precibus.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

## 124.

- |                                                                                                                                               |                                                                                                                                             |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Hic fulgens virtutibus<br/>         Ab annis prioribus,<br/>         Corde pio<br/>         Jejunio<br/>         Incepit se donare.</p> | <p>4. Ejus puellis tribus<br/>         Fuit et juvenibus<br/>         Compassio<br/>         Praesidio<br/>         Carnificis in lare.</p> |
| <p>2. Inde placens omnibus<br/>         Vita, sensu, moribus<br/>         Myrae dio<br/>         Consilio<br/>         Meruit antistare.</p>  | <p>5. Hic aliis pluribus<br/>         Decoratus actibus<br/>         Obnoxio<br/>         Praeconio<br/>         Dignus est emicare.</p>    |
| <p>3. Hic esurientibus<br/>         Ac nautis clamantibus<br/>         In obvio<br/>         Naufragio<br/>         Subvenit sedans mare.</p> | <p>6. Ejus tumba gentibus<br/>         Praebet confidentibus<br/>         In hagio<br/>         Subsidio<br/>         Oleum salutare.</p>   |
7. Christus ergo dulcibus  
 Velit ejus precibus  
 Egregio  
 Palatio  
 Nos coeli collocare.  
 R<sup>o</sup> Nicolai laudibus  
 Cum gaudio  
 Eximio  
 Nos decet convocare.

Cod. Parisin. (ol. Sandionysian.) 15131. saec. 13.

**125.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Cantu miro, summa laude<br/>Summo viro, vir, applaude,<br/>Quem confortat,<br/>Cujus dextra largitatis<br/>Intus, extra desolatis<br/>Opem portat.</p> <p>2. Pietatis hic patronus<br/>Gravitatis fugat onus,<br/>Hoc quod gravat,<br/>Praesens orbis consolator,<br/>Salus morbi et curator,<br/>Quos vult lavat.</p> <p>3. Sedat fluctus procellosos,<br/>Nautae luctus lacrimosos<br/>Dum revisit,<br/>Patri defert mersum natum,<br/>Quando refert vas auratum,<br/>Quod promisit.</p> | <p>4. Tres consortes liberavit,<br/>Quos occulte trucidavit<br/>Hospes reus.<br/>Reddit furans, quod furatur,<br/>Deum curans baptizatur<br/>Hinc Judaeus.</p> <p>5. Jure parens fit jucundus,<br/>Ter apparens auri pondus<br/>Quem ditavit,<br/>Quo tres presto venumdari<br/>Ab infesto lupanari<br/>Revocavit.</p> <p>6. Ergo, Christe, fili Dei,<br/>Per quem iste causa spei<br/>Ut sol micat,<br/>Hac in die plebs festiva<br/>Tibi pie mente viva<br/>Benedicat.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. A. — Cod. Cantabrigen. Ff. I 17. saec. 13. B. — 1, 1—3 fehlen B. — 2, 5 morbum B. — 3, 3 revixit B. — 3, 4 differt B. — Str. 4 und 5 umgestellt B. — 4, 6 Hic Judaeus AB. — 5, 1 Ille parens A.

**126.**

- |                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Nicolai praesulis<br/>Festum celebremus,<br/>Concrepando modulis<br/>Laetitiae sonemus,<br/>Versibus almisonis,<br/>Vocibus altisonis<br/>Intenti festinemus.</p> | <p>2. In tanto natalitio<br/>Patrum docet traditio,<br/>Ut consonet in gaudio<br/>Fidelium devotio,<br/>Est ergo superstitio,<br/>Vacare a tripudio.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Nunc igitur justorum  
Suavitas cantorum  
Per tympanum et chorum  
Et omne musicorum  
Genus instrumentorum  
Psallat Deo deorum.

127.

- |                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Fulget Nicolaus,<br>Gemma pontificum,<br>Praesul egregius,<br>Decus angelicum,<br>Ut sidus aureum<br>In coeli solio,<br>Solari radio<br>Axem aethereum<br>Illustrans clarius. | 2. Nicolai praesuli<br>Novi dentur moduli,<br>Qui post tot insignia<br>Virtutum magnalia<br>Probatus in agone<br>Non timuit<br>Nec defuit<br>Martyrii coronae. |
| 3. Nicolae, pontifex egregie,<br>Decus cleri, speculum ecclesiae<br>Patriae solatium,<br>Tuorum refugium,<br>Fac rogamus,<br>Ut cernamus<br>Judicem propitium.                   |                                                                                                                                                                |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — B, das hier verstümmelt ist, beginnt 2, 4 mit dem Worte [mag]nalia. Cfr. Milchsack 168.

128.

- |                                                                                                                                                 |                                                                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Intonent hodie<br>Voces ecclesiae,<br>Dies laetitiae<br>Refulsit in mundo,<br>Ergo laetabundo<br>Corde jubilemus<br>Et ore jucundo.          | 3. Parenti misero<br>Submerso puero<br>Mari pestifero<br>Dedit, quod petivit,<br>Preces exaudivit,<br>Submersum puerum<br>Patris custodivit. |
| 2. Sanctus hic inclitus,<br>Domino subditus,<br>In cunis positus<br>Ubera vitabat,<br>Corpus macerabat,<br>Et ter in sabbato<br>Puer jejunabat. | 4. Tribus virginibus<br>Victu carentibus<br>* * * * *<br>Reddidit honorem,<br>Subtraxit errorem,<br>Reddens virginibus<br>Virgineum florem.  |

Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157. — 1, 6 und 7 werden nach den andern Strophen als Rundreim wiederholt, was nicht ursprünglich erscheint. In Str. 3 und 4 ist die sechste Zeile Gesanges halber erweitert: Submersum sum sum, Submersum sum sum, Submersum puerum.

129.

- |                                                                                                |                                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Exsultet haec concio<br>In sancti Nicolai<br>Praeconio;<br>Nicolaus est cleri<br>Protectio. | 2. Olei compressio<br>Multos curat a morbi<br>Supplicio;<br>Nicolaus est cleri<br>Protectio. |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. In maris periculo<br/>         Proceleuma nautis fit<br/>         In jubilo;<br/>         Nicolaus est cleri<br/>         Protectio.<br/>         Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.</p> | <p>4. Auri trina datio<br/>         Puellarum fuit<br/>         Relevatio.<br/>         Nicolaus est cleri<br/>         Protectio.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

**130.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Nicolaus pontifex<br/>         Nostrum est refugium,<br/>         Clericis et laicis<br/>         Sit semper remedium;<br/>         Clericorum est amator,<br/>         Laicorum consolator<br/>         Omniumque confortator<br/>         In omni angustia.<br/>         Nicolae.</p> | <p>2. In sua infantia<br/>         Celebrat jejunium,<br/>         Fons et caput dicitur<br/>         Confessorum omnium,<br/>         Hic in cunis abstinebat,<br/>         Quod mamillas non sugebat<br/>         Nisi semel et edebat<br/>         Quarta, sexta feria.<br/>         Nicolae.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Suscitavit clericos  
 Occisos invidia,  
 Quos occidit carnifex  
 Cum sua nequitia;  
 Tres puellas maritavit,  
 De peccatis observavit,  
 Paupertatem relaxavit.  
 \* \* \* \* \*  
 Nicolae.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Nach 3, 7 fehlt eine Zeile; lies etwa: Auri data copia.

**131.**

- |                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                      |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Gaudeat ecclesia,<br/>         Praesulis solemnina<br/>         Colens et praeconia;<br/>         Nicolae, propera,<br/>         Nos fove, nos libera,<br/>         Purga cordis scelera.</p>     | <p>3. Tener in infantia<br/>         Servavit jejunia,<br/>         Non incurrit vitia.<br/>         Nicolae, propera,<br/>         Nos fove, nos libera,<br/>         Purga cordis scelera.</p>     |
| <p>2. Vita sancti praesulis<br/>         Claruit miraculis,<br/>         Vinctus in cunabulis.<br/>         Nicolae, propera,<br/>         Nos fove, nos libera,<br/>         Purga cordis scelera.</p> | <p>4. Hic tribus virginibus<br/>         Opibus carentibus<br/>         Subvenit muneribus.<br/>         Nicolae, propera,<br/>         Nos fove, nos libera,<br/>         Purga cordis scelera.</p> |
5. Ergo festum colite,  
 Laudes Deo dicite,  
 Deo benedicite.  
 Nicolae, propera,  
 Nos ama, nos libera,  
 Purga cordis scelera.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**132.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Nicolae, praesulum<br/>Gemma, Sion speculum,<br/>Tuum rege populum,<br/>Daemones preme,<br/>Rector, vise saeculum<br/>Vitia deme.</p> <p>2. Clericorum concio<br/>Te rogat — — — —,<br/>Tuum rege populum,<br/>Daemones preme,<br/>Rector, vise saeculum,<br/>Vitia deme.</p> | <p>3. Clericorum praesidium,<br/>Nostrum purgatorium,<br/>Tuum rege populum,<br/>Daemones preme,<br/>Rector, vise saeculum,<br/>Vitia deme.</p> <p>4. Tu solamen virginum,<br/>Pondus pelle criminum,<br/>Tuum rege populum,<br/>Daemones preme,<br/>Rector, vise saeculum,<br/>Vitia deme.</p> <p>5. Ergo festum colamus,<br/>Deo benedicamus;<br/>Tuum rege populum,<br/>Daemones preme,<br/>Rector, vise saeculum,<br/>Vitia deme.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**De sancto Stephano.**

**133.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ortus summi<br/>peracto gaudio<br/>Levitarum<br/>resultet concio<br/>In levitae<br/>Christi solemnio.</p> <p>R<sup>o</sup> Eia et eia,<br/>Eia cum gaudio<br/>Proferat haec concio.</p> <p>2. Hic divino<br/>repletus flamine<br/>Primus lavit<br/>in agni sanguine<br/>Stolam suam<br/>pro Christi nomine.</p> | <p>3. Qui dum jactus<br/>lapidum patitur<br/>Patiensque<br/>victor efficitur,<br/>Stola duplex<br/>ei conceditur.</p> <p>R<sup>o</sup> Eia et eia,<br/>Eia cum gaudio<br/>Proferat haec concio.</p> <p>4. Ergo tanto<br/>regi, qui talia<br/>Suis novit<br/>largiri praemia,<br/>Benedicat<br/>plebs omnis, eia.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**134.**

- |                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Dulces laudes tympano<br/>Cum melodis organo<br/>Referentes Domino<br/>Gratulemur Stephano.</p> <p>R<sup>o</sup> A et E, O et I,<br/>Mira virtus Stephani.</p> | <p>2. Quem cum vellet vincere<br/>Plebs devota Sathanæ,<br/>Ejus sapientiae<br/>Nequivit resistere.</p> <p>R<sup>o</sup> A et E, O et I,<br/>Mira virtus Stephani.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                        |                                                                                                           |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Qui virtute maxima,<br/>Plenus Dei gratia,<br/>Signa et prodigia<br/>Faciebat plurima.</p>       | <p>4. A Judaeis Stephanus<br/>Lapidatur optimus,<br/>Qui pro se torquentibus<br/>Flexis orat genibus.</p> |
| <p>5. Ergo laudes Domino<br/>Dicamus cum Stephano,<br/>Et nos omnes gratias<br/>Dicamus innumeras.</p> |                                                                                                           |

Grad. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 157. — 2, 2  
Lex devota; vgl. Nr. 136, 3, 2.

### 135.

- |                                                                                                                                           |                                                                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Martyr fuit Stephanus<br/>Primus, postquam Dominus<br/>Natus est de virgine,<br/>Quem laudamus hodie.<br/>Mira virtus Stephani.</p> | <p>3. Quem cum vellet vincere<br/>Plebs devota Satanae,<br/>Ejus sapientiae<br/>Nequit et resistere.<br/>Mira virtus Stephani.</p> |
| <p>2. In terram flexis genibus<br/>Judaeis lapidantibus<br/>Orat bis interritus<br/>Pro persecutoribus.<br/>Mira virtus Stephani.</p>     | <p>4. Ergo nostra concio<br/>In chordis et organo<br/>Psallat cum tripudio:<br/>Benedicamus Domino.<br/>Mira virtus Stephani.</p>  |

Cod. Engelbergen. 314. saec. 14.

### 136.

#### De sancto Theodolo.

- |                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Deo psallat gloriae<br/>Plebs Vallesiensis,<br/>Seduni, Valeriae<br/>Clerus et burgensis,<br/>Perquam fulget hodie<br/>Meritis immensis<br/>In aeterna requie<br/>Praesul Sedunensis.</p> | <p>3. Olim in Vallesio<br/>Fuerunt perusti<br/>Botri, sed petitio<br/>Praesulis venusti<br/>Facit, quod ex fluvio<br/>Sapor exit musti,<br/>Nam valet oratio<br/>Multum viri justi.</p> |
| <p>2. Thebaeorum legio<br/>Martyrio strata,<br/>Diuturno spatio<br/>Jacens inhumata<br/>Theodoli studio<br/>Sepulchris est data,<br/>Nunc cum Dei filio<br/>Regnat trabeata.</p>                | <p>4. Te precamur, Domine,<br/>..... boni<br/>Theodoli nomine<br/>..... patroni<br/>Spiritus et animae<br/>Coelestes et throni<br/>... in coeli lumine<br/>Facias reponi.</p>           |

Sequent. ms. Sedunense saec. 14. Cod. Valerian. s. n. add. saec. 15. —  
Nach Str. 1 folgt eine Strophe, die so völlig abgerieben ist, daß nur ganz  
wenige Worte mehr zu entziffern sind. Sie begann: Hic iste Theodolus, cui  
carta missa; im weiteren ist nur noch der Name Karolus leserlich, woraus  
wenigstens der Inhalt der Strophe zu eruieren ist.

De s. Thoma Cantuariensi.

**137.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                   |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Novus miles sequitur<br/> Viam novi regis,<br/> Bonus pastor patitur<br/> Pro salute gregis,<br/> Thomas agni sanguine<br/> Lavat stolae geminae<br/> Purpuram rubentem;<br/> Res est satis evidens,<br/> Quod illustrat occidens<br/> Totum orientem.</p> | <p>2. Opus erat medico<br/> Mundo morienti<br/> Et gregi Dominico<br/> Pastore prudenti;<br/> Sanguis Thomae medici<br/> Mundi paralytici<br/> Vulnera sanavit,<br/> Clamat grex dominicus,<br/> Quod Anglorum medicus<br/> Mundum renovavit.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Thoma, nati parvuli  
Miles triumphalis,  
Sis cleri, sis populi  
Pastor spiritalis,  
Audi Legecestriam,  
Clerum et militiam  
Ejus ita rege,  
Ut regnet in patria  
Peracta militia  
Cum aeterno rege.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23) B. — B  
hat nur die erste Strophe. — 1, 3 pastor fehlt A.

**138.**

- |                                                                                              |                                                                                          |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Christi miles<br/> Christo commilitat,<br/> Christum sequens<br/> Christo cohabit.</p> | <p>3. Passum Thomas<br/> compassus sequitur,<br/> Passu firmo<br/> corona capitur.</p>   |
| <p>2. Christus crucis<br/> est suae bajulus,<br/> Crucifixi<br/> crucem fert famulus.</p>    | <p>4. Ergo fortis<br/> attollat debiles,<br/> Solvat vinctos,<br/> soletur flebiles.</p> |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

III.

MORALES.

---



## De Miseria Hominis.

1. Homo, considera,  
 Qualis, quam misera  
     Sors vitae sit mortalis;  
 Vita mortifera,  
 Poenae puerpera,  
     Mors vera, mors vitalis;  
 Fomentum est doloris,  
 Stadium vitae laboris,  
     Pemit per onera,  
     Sordet per scelera  
         Squaloris et foetoris,  
 Fermentum est dulcoris,  
 Somnium, umbra vaporis;  
     Fallit per prospera,  
     Trahit ad aspera  
         Moeroris et stridoris,  
 Figmentum est erroris,  
 Gaudium brevis honoris,  
     Mordet ut vipera,  
     Flebilis vespera  
         Algoris et ardoris.
2. Culpa conciperis,  
 Gemitu nasceris  
     Victurus in sudore,  
 Mori compelleris,  
 Certus, quod moreris,  
     Incertae mors est horae.  
 Momentum est staterae,  
 Dubius, quantum manere  
     Potes in prosperis,  
     Qui cito praeteris,  
         Qui foenum es in flore,  
 Lamentum est ridere,  
 Gaudio fletum augere,  
     Nudus ingrederis,  
     Nudus egrederis,  
         Egressus cum pavore.  
 Portentum, hic gaudere,  
 Gaudio coeli carere;  
     Cur non corrigeris,  
     Immemor carceris,  
         Plectendus a tortore?
3. Vide, ne differas,  
     Vide, ne deseras  
         Oblitus creatorem,  
 Culpam dum iteras,  
 Tuum exasperas  
     Ingratus redemptorem.  
     Cur offendis datorem?  
     Reprimas pravum pudorem,  
 Turpia corrigas,  
 Oculis erigas  
     Ad pium indultorem,  
     Cur defendis errorem,  
     Deprimas mentis tumorem,  
 Humilem eligas  
 Vitam, te dirigas  
     Per viam arctiorem,  
     Dum attendis ultorem,  
     Redimas te per timorem;  
 Dominum diligas,  
 Totum te colligas  
     Amantis in amorem.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurent. Pl. 29. 1. B. — Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8433. saec. 13. C. — 2, 10 cito peteris A. — 3, 12 Cur defendis datorem A. — 3, 15 Vitam quam dirigas C. — B hat nur die erste Str.; die Aufschrift giebt A. — Verfasser des Stückes ist Philippus de Grevia. Ein Faksimile aus C findet sich bei Léon Gautier, Histoire de la Poesi liturgique I, 185.

## 140.

### Quod mundus sit transitorius.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Dic, qui gaudes prosperis<br/>         Et veste purpurea,<br/>         Homo, massa cineris<br/>         Et in agro lutea,<br/>         Tamquam palea<br/>         Sunt et momentanea<br/>         Haec, quibus inniteris,<br/>         Et in fine fellea,<br/>         Caudam habent-viperis,<br/>         Cum sint tibi mellea.</p> | <p>4. Adae germen veteris<br/>         Et proles viperea,<br/>         Quid frustra deciperis<br/>         Tendens ad erronea,<br/>         Momentanea?<br/>         Ad regna siderea,<br/>         Dives, non admitteris,<br/>         Quae de juris linea<br/>         Constant esse pauperis<br/>         Cum perenni laurea.</p> |
| <p>2. Qui natus conciperis<br/>         In vulva feminea,<br/>         Attende, quid fueris,<br/>         Es vel eris postea;<br/>         Sperne terrea,<br/>         Nam cum mortis lancea<br/>         Percussus egrederis<br/>         Hac de domo carnea,<br/>         Signum monstrat funeris,<br/>         Quod nil eras antea.</p> | <p>5. Coelum non ingrederis<br/>         Cum regali trabea,<br/>         Cum equorum faleris,<br/>         Cum domo marmorea<br/>         Vel eburnea;<br/>         Ab ignita romphea<br/>         Veniens repelleris,<br/>         Orci trusus spelea,<br/>         Dum Christum non sequeris<br/>         In corona spinea.</p>    |
| <p>3. Si sub humo carperis<br/>         Ut vestis a tineae,<br/>         Et spiritus duciris<br/>         Ad loca tartarea<br/>         Loca flammea,<br/>         Vasa tunc argentea,<br/>         Quae nunc amas, oderis;<br/>         Benefac propterea,<br/>         Et eris, si feceris,<br/>         Ereptus a framea.</p>           | <p>6. Haec si cogitaveris,<br/>         Quid in arca ferrea,<br/>         Qui moriens deleris,<br/>         Ut pereas per ea,<br/>         Claudis aerea?<br/>         Qui cras subitanea<br/>         Forte morte moreris,<br/>         Da sponte spontanea,<br/>         Ut tibi cum superis<br/>         Stola detur aurea.</p>   |

Cod. Ebroicen. (ol. Liren.) 2. saec. 13. mit Mel. — 2, 8 Ac de domo. — 3, 10 Erectus. — 4, 9 Constat. — 6, 3 Que moriens.

**141.**

De eodem argumento verba Pauli apostoli.

- |                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Breves dies hominis,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Humanae propaginis<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>      | <p>5. Corpus, quod corrumpitur,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Animam persequitur;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>  |
| <p>2. Nitimur in vetitum,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Caro contra spiritum;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>    | <p>6. Et bonum propositum,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Revocat in irritum;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>       |
| <p>3. Pelle moram, propera,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Mora non est libera;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>   | <p>7. Alios quod doceo,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Ipse docens impleo;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>          |
| <p>4. Mundo nil immundius,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Quae facis, fac citius;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p> | <p>8. Christum ne exasperem,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Pauper sequor pauperem;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p> |
| <p>9. Corpus meum corrigo,<br/> <i>Mundi vita,</i><br/>           Et in servum redigo;<br/>           Quae sit vita,<br/>           Cogita.</p>    |                                                                                                                                                      |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Gehört zur XIII. Abteilung der Hs. und mithin vielleicht zu den litterarischen  
 Erzeugnissen Philipps de Grève.

*Quod haec vita spernenda.*

**142.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Cum sit omnis caro foenum<br/>           Et post foenum fiat coenum,<br/>           Homo, quid extolleris?<br/>           Cerne, quid es et quid eris,<br/>           Modo flos es, sed verteris<br/>           In favillam cineris.<br/>           Terram teris, terram geris<br/>           Et in terram reverteris,<br/>           Qui de terra sumeris.</p> | <p>2. Per aetatum incrementa,<br/>           Immo magis detrimenta<br/>           Ad non esse traheris,<br/>           Sicut umbra, cum declinat,<br/>           Vita fugit et festinat<br/>           Claudit meta funeris.<br/>           Terram teris, terram geris,<br/>           Et in terram reverteris,<br/>           Qui de terra sumeris.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Homo dictus es ab humo,<br/>Cito transis, quia fumo<br/>Similis effectus es;<br/>Homo nascens cum moeore,<br/>Vitam ducens in labore<br/>Et cum metu moreris.<br/>Terram teris, terram geris<br/>Et in terram reverteris,<br/>Qui de terra sumeris.</p> | <p>4. O sors gravis, o sors dura,<br/>O lex dira, quam natura<br/>Promulgavit miseris;<br/>Homo, nascens cum moerore,<br/>Vitam ducis cum labore<br/>Et cum metu moreris.<br/>Terram teris, terram geris<br/>Et in terram reverteris,<br/>Qui de terra sumeris.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
5. Ergo cum scis qualitatem  
Tuae sortis, voluptatem  
Carnis quare sequeris?  
Memento, te moriturum  
Et post mortem id messurum,  
Quod hic seminaveris.  
Terram teris, terram geris  
Et in terram reverteris,  
Qui de terra sumeris.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Miss. Aquilegiense imp. Venetiis 1508. C. — A hat nur Str. 1, 2 und 3, B nur Str. 1. Str. 1 u. 2 umgestellt C. — 2, 6 Clausi A; metam C. — 4, 2 O lex dira fehlt C. — Verfasser Philippus de Grevia.

### 143.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. O mira Christi pietas,<br/>O quanta miseria,<br/>O Christi longanimitas,<br/>O longa expectatio;<br/>O cordis induratio,<br/>Quid differs, cur non cogitas,<br/>Homo, quae vitae brevitatis,<br/>Et mortis festinatio?<br/>R<sup>o</sup> Cernat meditatio,<br/>Quid primum fuerimus,<br/>Nil prodest elatio,<br/>Terra tandem erimus.</p> | <p>2. O vanitatum vanitas,<br/>Curarum occupatio,<br/>O cur ambitur dignitas,<br/>Cur opum cumulatio?<br/>Quid prodest delectatio,<br/>Aut quid valet cupiditas?<br/>Est in sepulchro foeditas<br/>Et extra dealbatio.<br/>R<sup>o</sup> Cernat meditatio,<br/>Quid primum fuerimus,<br/>Nil prodest elatio,<br/>Terra tandem erimus.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. O quae mortis anxietas,  
O quanta trepidatio,  
Cum jam cogit necessitas,  
Ut fiat reparatio!  
Quid prodest delectatio,  
Quid pristina jucunditas,  
Cur veniam non flagitas?  
O sera recordatio!

Cod. Cantabrigen. Ee VI 29. saec. 15.

**144.**

1. O mens, cogita,  
Quod praeterit  
Mundi figura,  
Fugit subita,  
Sic interit  
Quasi pictura.
2. Floret ut cucurbita,  
Cum ingerit  
Se nox obscura,  
Brevis orbita  
Cum steterit,  
Citro lapsura.
3. Dulcescit,  
Sed inserit  
Amara plura;  
Quis nescit,  
Quod laeserit  
Fallax mixtura?
4. Tabescit  
Et deperit  
Tamquam litura,  
Vanescit,  
Cum fugerit  
Non reditura.
5. Quanta vanitas,  
Sublimitas  
Casura,  
Umbra fragilis  
Nec stabilis  
Neque secura.
6. Quanta vilitas  
Est dignitas  
Mundana,  
Spuma gracilis,  
Flos sterilis  
Spes vana.
7. O qualis,  
Quam misera  
Mors et quam dura,  
Poenalis  
Et aspera  
Nec moritura.
8. Jam recogita  
De temporis  
Jactura,  
Sis sollicita  
De corporis  
Fractura.
9. Culpam caveas  
Et veniam procura,  
Tremens paveas  
De iudicis censura.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 18. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 18. B. — Durch B. ist die Autorschaft  
Philipps de Grève aufser Zweifel.

**145.**

1. O labilis  
Sortis humanae status,  
Egreditur,  
Ut flos conteritur  
Et labitur  
Homo labori natus,  
Flens oritur,  
Vivendo moritur,  
In prosperis  
luxu dissolvitur,  
Cum flatibus  
Fortunae quatitur,  
Lux subito  
mentis exstinguitur.
2. Quid igitur  
Aura te popularis,  
Quid dignitas,  
Quid generositas  
Extulerit,  
Ut gravius labaris?  
In laqueos,  
Quos tendis, laberis  
Dum crapulis  
scortisque traheris  
Et luxibus  
opum, quas congeris  
Illicite,  
miser, immoreris.

3. Dum effugis  
 fecundam paupertatem,  
 Prae ceteris  
 Ditari niteris,  
 Sed laberis  
 In sumnam egestatem,  
 Cum opibus  
 mavis diffluere,  
 Quam modicis  
 honeste vivere,  
 Quod quaestibus  
 foedis efficere,  
 Dum satagis  
 amans distrahere  
 Vel autumans  
 tibi sufficere.
4. His moriens  
 Christo sed vivis mundo,  
 Non proficis,  
 Sed deficis,  
 Qui proximi  
 casu strides secundo,  
 Reatibus  
 indignum afficis  
 Et salibus  
 amaris inficis,  
 Cui detrahis,  
 quem fictis allicis  
 Blanditiis  
 vultuque simplicis,  
 Huic balneum  
 moeroris conficis.
5. Dum diffluis  
 Hac labe labiorum,  
 Dum solito  
 Sordescis, subito  
 Adveniet  
 Ille sanctus sanctorum,  
 Qui duplices  
 linguas disjiciet,  
 A paleis  
 grana dejiciet  
 Et steriles  
 plantas effodiet,  
 Ha, miserum  
 te nunc excipiet  
 Et debitis  
 poenis te puniet.  
 R<sup>o</sup> Ha, moriens vita,  
 Luxu sopita,  
 Nos inficis  
 fellitis condita.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

# 146.

1. Homo, qui semper moreris,  
 Qui diffluis quotidie,  
 Qui scis, quod heri fueris  
 Malus et pejor hodie,  
 Cur oculos non aperis,  
 Quid vitae viam deseris  
 Et ebrius efficeris  
 Inanis fumo gloriae?
2. Dic, homo, res instabilis,  
 Dic, universa vanitas,  
 Tu, cum non sis mutabilis,  
 Sed ipsa mutabilitas,  
 Quid te pulvis sic stabilis,  
 Ac si res esses stabilis?  
 Quid te dilectat fragilis  
 Carnis et vitae vilitas?

- |                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                   |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Non vides, quod praetereat<br/> Mundus et mundi gloria,<br/> Quod foenum carnis marceat<br/> Hac die peremptoria?<br/> Sit nobilis vel sordeat<br/> Homo, dives vel egeat,<br/> Oportet, quod hinc transeat,<br/> Nam res est transitoria.</p> | <p>4. Te brevis delectatio,<br/> Homo, mercator pessime,<br/> Aeterno privat gaudio<br/> Atque punit justissime,<br/> Qui turpi mercimonio<br/> Rufae lentis edulio<br/> Te fraudas patrimonio,<br/> Vita carnis mors animae.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**147.**

- |                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Non sint vobis cura<br/> Temporis futura,<br/> Quando senex moritur<br/> Infans rursus oritur,<br/> Talis est natura.<br/> Heu, quid diligitur<br/> Haec res transitura,<br/> Cujus cito carpitur<br/> Status et statura?</p> | <p>3. Omnis praclatura<br/> Est agri cultura,<br/> Date, vobis dabitur,<br/> Dum corpus corrumpitur,<br/> Sic docet scriptura.<br/> Conforta nos igitur,<br/> Mater Dei pura,<br/> Contra nos arguitur<br/> Quaestione dura.</p>               |
| <p>2. Omnis creatura<br/> Congregando plura,<br/> Timeo, quod perditur,<br/> Vae regno, quod regitur<br/> Per infantis jura.<br/> Simonia colitur<br/> Jam sine mensura,<br/> Si est, sicut dicitur,<br/> Nulla gens secura.</p>    | <p>4. Praecellens o figura,<br/> Tolle noscitur,<br/> Quia per te solvitur<br/> Omne, quod delinquitur,<br/> O virgo mater, cura;<br/> Finis vitae cernitur,<br/> Da gaudia futura,<br/> Vitam, quae non tollitur,<br/> In qua bona plura.</p> |
- Cod. S. Floriani XI 71. saec. 14. — 4, 9 bona lura.

**148.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Homo, cur degeneras,<br/> Cur Christum persequeris,<br/> Per quem prius fueras<br/> Redemptus ab inferis?<br/> Miser, non consideras,<br/> Quod cinis es et eris?<br/> Praevideas,<br/> Ne pereas<br/> Sub inferni latebris,<br/> Ama Deum,<br/> Qui te reum<br/> Ejecit de tenebris.</p> | <p>2. Quid proderit, si fecerit<br/> Te fortuna divitem,<br/> Cum fragilem et labilem<br/> Vitae vides limitem?<br/> Considera, quid prospera<br/> Proderunt divitibus,<br/> Cum gaudia<br/> Coelestia<br/> Amiserunt pro opibus,<br/> Nec erogant,<br/> Sed derogant<br/> Nudis et pauperibus?</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1 —  
Ob das Lied mit diesen zwei Strophen zu Ende, oder ob wir einen Torso  
haben, ist zweifelhaft.

**149.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vanitas vanitatum<br/>             Et omnia vanitas,<br/>             Sed nostra sic malignitas<br/>             Cor habet induratum,<br/>             Ut verbum seminatum<br/>             Suffocet mox cupiditas<br/>             Operum et dignitatum,<br/>             Licet sit nobis ratum.<br/>             Quam sit acerba proprio<br/>             Iudicio<br/>             Conditio<br/>             Magnatum,<br/>             Qui majori discrimine<br/>             Quam crimine<br/>             Et jugibus<br/>             Merentur cruciatibus<br/>             Aeternum cruciatum.</p> | <p>2. Cur caeca cor avarum<br/>             Distrahit ambitio?<br/>             Nescis, quod aquisitio<br/>             Tibi divitiarum<br/>             Finis miseriarum<br/>             Non erit sed mutatio?<br/>             Quodsi habere parum<br/>             Est tibi tam amarum,<br/>             Vide, quid habent nimiae<br/>             Divitiae<br/>             Quotidie<br/>             Rixarum<br/>             Propter tormenta propriae<br/>             Familiae<br/>             Et sauciae<br/>             Flagellum conscientiae,<br/>             Quae est summa poenarum.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. O nondum intellecta  
 Nobis Dei munera,  
 Cur, cum avertant prospera  
 Multos a via recta,  
 Paupertas, praelecta  
 Christo, nobis est aspera?  
 Sed vanis mens illecta,  
 Disce tamen et specta,  
 Paupertatis quam dulcia  
 Sint otia  
 Pecunia  
 Neglecta,  
 Cum pauper expeditius  
 Et promptius  
 Ad bravium  
 Sarcina temporalium  
 Rerum currat abjecta.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**150.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Scribere proposui<br/>             de contemptu mundano,<br/>             Jam est hora surgere<br/>             de mortis somno vano,<br/>             Zizaniam spernere<br/>             sumpto virtutis glano.<br/>             Surge, surge, vigila,<br/>             semper esto paratus.</p> | <p>2. Vita brevis breviter<br/>             in brevi finietur,<br/>             Mors venit velociter<br/>             et neminem veretur,<br/>             Cunctaque mors perimit<br/>             et nulli miseretur.<br/>             Surge, surge, vigila,<br/>             semper esto paratus.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|



3. Ubi sunt, qui ante nos  
in hoc mundo vixere,  
Venies ad tumulos,  
si vis eos quaerere,  
Cineres et vermes sunt,  
carnes computruere.  
Surge, surge, vigila,  
semper esto paratus.
4. Tela sic aranea  
est mundi praesens vita,  
Labitur et frangitur,  
non est in tuto sita,  
Labilis et fragilis  
nunc est inexanita.  
Surge, surge, vigila,  
semper esto paratus.
5. Hoc in mundo nascitur  
vir omnis cum moerore,  
Atque vita ducitur  
humana cum labore,  
Post extremum clauditur  
cum funeris dolore.  
Surge, surge, vigila,  
semper esto paratus.
6. Si conversus fueris  
nunc quasi puer natus  
Et a tuis vitiis  
animo purgatus,  
Tunc fruique poteris  
regno Dei beatus.  
Surge, surge, vigila,  
semper esto paratus.
7. Quam felices fuere,  
qui cum Christo regnabunt,  
Facie ad faciem  
cum ipsum adspectabunt,  
Sanctus, sanctus, Sabaoth,  
Hosanna conclamabunt.  
Surge, surge, vigila,  
semper esto paratus.

Trop. ms. Dublinense saec. 13. Cod. Cantabrigen. Add. 710.

**151.**

1. Scribere proposui  
de contemptu mundano,  
Ut degentes saeculi  
Non mulcentur inano,  
Jam est hora surgere  
A somno mortis pravo.  
Ad mortem festinamus,  
Peccare desistamus.
2. Vita brevis breviter  
in brevi finietur,  
Mors venit velociter,  
quae neminem veretur,  
Omnia mors perimit  
et nulli miseretur.  
Ad mortem festinamus,  
Peccare desistamus.
3. Nisi conversus fueris  
Et sicut puer factus  
Et vitam mutaveris  
In meliores actus,  
Intrare non poteris  
Regnum Dei beatus.  
Ad mortem festinamus,  
Peccare desistamus.
4. Tuba cum sonuerit,  
dies erit extrema,  
Et iudex advenerit,  
Vocabit sempiterna  
Electos in patria,  
praescitos ad inferna.  
Ad mortem festinamus,  
Peccare desistamus.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5. Quam felices fuerint,<br/>         qui cum Christo regnabunt!<br/>         Facie ad facie<br/>         sic eum spectabunt,<br/>         Sanctus, sanctus Dominus<br/>         Sabaoth, conclamabunt.<br/>         Ad mortem festinamus,<br/>         Peccare desistamus.</p> <p>6. Et quam tristes fuerint,<br/>         qui aeternae peribunt!<br/>         Poenae non deficient,<br/>         non propter has obibunt,<br/>         Heu, heu, heu, miserrimi,<br/>         nunquam inde exhibunt.<br/>         Ad mortem festinamus,<br/>         Peccare desistamus.</p> <p>9. Alma virgo virginum,<br/>         in coelis coronata,<br/>         Apud tuum filium<br/>         sis nobis advocata<br/>         Et post hoc exsilium<br/>         occurrens advocata.<br/>         Ad mortem festinamus,<br/>         Peccare desistamus.</p> | <p>7. Cuncti reges saeculi<br/>         et in mundo magnates<br/>         Advertant et clerici<br/>         omnesque potestates,<br/>         Fiant velut parvuli,<br/>         dimittant vanitates.<br/>         Ad mortem festinamus,<br/>         Peccare desistamus.</p> <p>8. Heu, fratres carissimi,<br/>         si digne contemplemus<br/>         Passionem Domini<br/>         amare et si flemus,<br/>         Ut pupillam oculi<br/>         servabit, ne peccemus.<br/>         Ad mortem festinamus,<br/>         Peccare desistamus.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Montis Serrati s. n. saec. 15. Mit Melodie.

## 152.

Fortuna quam sit mutabilis.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. O varium<br/>         Fortunae lubricum,<br/>         Dans dubium<br/>         Tribunal judicum,<br/>         Non modicum<br/>         Paras huic praemium,<br/>         Quem tollere<br/>         Tua vult gratia<br/>         Et petere<br/>         Rotae similia,<br/>         Dans dubia<br/>         Tamen praepostere<br/>         De stercore<br/>         Pauperem erigens,<br/>         De rhetore<br/>         consulem eligens.</p> | <p>2. Aedificat<br/>         Fortuna, diruit,<br/>         Nunc abdicat,<br/>         Quos prius coluit,<br/>         Quos noluit,<br/>         Iterum vendicat,<br/>         Haec opera<br/>         Sibi contraria,<br/>         Dans munera<br/>         Nimis labilia;<br/>         Mobilia<br/>         Sunt sortis foedera,<br/>         Quae debiles<br/>         Ditans nobilitat<br/>         Et nobiles<br/>         Premens debilitat.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Quid Dario

Regnasse profuit,  
Pompeio  
Quid Roma tribuit?  
Succubuit  
Uterque proelio;  
Eligerem  
Media tutius  
Nec peterem  
Celsa sublimius,  
Ne gravius  
A somno ruerem;  
Fit gravior  
Lapsus a superis  
Et durior  
Ab ipsis asperis.

4. Subsidio

Fortunae labilis  
Cum proelio  
Troja tunc nobilis,  
Nunc flebilis,  
Ruit incendio;  
Quis sanguinis  
Trojani gratiam,  
Quis nominis  
Graeci facundiam,  
Quis gloriam  
Fregit Carthaginis?  
Sors lubrica,  
Quae dedit, abstulit,  
Haec unica,  
Quae fovit, perculit.

5. Nil gratius

Fortunae gratia,  
Nil dulcius  
Inter haec dulcia,  
Si gloria,  
Si staret longius;  
Sed labitur  
Ut olus marcidum  
Et sequitur  
Agrum nunc floridum,  
Quem aridum  
Cras cernes; igitur  
Improprium  
Non edo canticum  
In varium  
Fortunae lubricum.

Cod. Oxonien. Rawlinson. C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Carm. Bur. 45. C. — B hat nur eine Strophe. — 1, 4 iudicium gegen den Reim C. — 1, 10 Rotae similia A. — 1, 12 Tamen praepostere A. — 2, 13 sq. und 15 sq. umgestellt C. — Str. 3 hinter 4 C. — 3, 6 Uterque gladio C. — 3, 7 Eligere C. — 3, 9 Quam petere C. — 3, 10 Rotae sublimia C. — 3, 11 Et gravius C. — 3, 12 ruere C. — 3, 13 sqq. lauten in C mit schlechtem, beziehungsweise mangelndem Reim und fehlende Cäsur:

Omnis qui se exaltat hodie,  
Cras humiliabitur misere.

4, 3 Cur proelio C. — 4, 4 Troja jam nobilis C. — 4, 6 Jacet incendio C. — 4, 8 Romani gratiam C. — Str. 5 fehlt C. — A giebt die Aufschrift: De multitudine fortunae.

**153.**

Quod in rebus prosperis non sit gloriandum.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Luxuriant animi<br/>             Rebus saepe prosperis,<br/>         Vile jacent infimi<br/>             Casibus in asperis,<br/>         Ingrati pro gratia<br/>         Grati sub inopia,<br/>             Inopes sunt humiles,<br/>             Propter opes labiles<br/>         Inflantur superbia.</p> | <p>2. Exhaustis concipiant<br/>             Viles virus viribus,<br/>         Quod vomendo pariunt<br/>             Secundis successibus,<br/>         Expost facto clarius<br/>         Patet hoc et planius,<br/>             Exhausta pecunia<br/>             Monstrat impotentia,<br/>         Quod voluere prius.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

Exhortatio ad Poenitentiam.

**154.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ad cor tuum convertere,<br/>         Conditionis miserae<br/>         Homo, cur spernis vivere?<br/>             Cur dedicas te vitiis,<br/>             Cur indulges malitiis,<br/>         Cur excessus non corrigis<br/>         Nec gressus tuos dirigis<br/>             In semitis justitiae,<br/>             Sed contra te quotidie<br/>         Iram Dei exasperas?<br/>             In te succidi metue<br/>             Ficus radices fatue,<br/>         Cum fructus nullos afferas.</p> | <p>2. O conditio misera,<br/>         Considera, quam aspera<br/>         Sit haec vita, mors altera<br/>             Quae sic immutat statum!<br/>             Cur non purgas reatum<br/>         Sine mora,<br/>         Cum sit hora<br/>             Tibi mortis incognita,<br/>         Et in vita caritas,<br/>         Quae non proficit,<br/>         Prorsus ariet et deficit<br/>         Nec efficit<br/>             Beatum.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Si vocatus ad nuptias,  
 Advenias  
     Sine veste nuptiali,  
     A curia regali  
 Expelleris,  
 Et obviam si veneris  
 Sponso lampade vacua,  
 Es quasi virgo fatua.  
 Ergo vide, ne dormias,  
 Sed vigilans aperias  
     Domino, cum pulsaverit;  
     Beatus, quem invenerit  
     Vigilantem, cum venerit.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Carmina Burana p. 6. B. — 1, 12 Radices ficus B. — 2, 8 Mortis tibi B. — 2, 9 Et invita B. — 3, 9 Ergo gaude ne A. — 3, 13 dum venerit B.

155.

1. Executere de pulvere,  
Dum opus est remedio,  
Qui turpiter et temere  
Jaces in sterquilinio;  
Surge, curre pro bravio,  
Dum potes apprehendere,  
Viam quaerens in invio  
Malorum reminiscere.  
Ad patriam revertere,  
Cum poenitente filio.
2. Homo vilis materiae,  
Surge de mortis tumulo,  
Dum spes est adhuc veniae,  
Te subtrahe periculo;  
Metire cordis oculo  
Tuae statum miseriae,  
Qui totus est in pendulo  
Et langueat quotidie,  
Fides jacens extrarie,  
Quia caret cubiculo.
3. Ne vasa contumeliae  
Reprobentur a figulo,  
Dum sub obscura specie  
Videmus ut in speculo,  
In hoc vitae curriculo  
Mundemur multifarie,  
Sed in cordis latibulo  
De sinibus scientiae  
Procedat fumus hostiae,  
Ne fiat coram populo.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 3, 7  
totus es. — 3, 8 De sinus (sic).

156.

1. Laus sit ipsi soli,  
Qui dat lumen soli,  
Centrum regit poli,  
Praeest terrae moli,  
Machinator doli,  
Irritare noli  
Regem superum.
2. Si non vis errare,  
Hunc discas amare,  
Dico tibi, quare,  
Quia te damnare  
Potest et salvare,  
Disce, fili care,  
Dogma veterum.
3. Semel, bis, ter, quater  
Dic, o Deus pater,  
Virgo, Dei mater,  
Delictis sum ater,  
Faex, lutum ut later,  
Raca meus frater  
A me pertulit.
4. Quidquid est obscoenum,  
Tu es arens foenum,  
Tendas ad amoenum,  
Cor habens serenum,  
Laude Dei plenum,  
Istud da venenum  
Foro pauperum.
5. Peccatorum spina  
Me pungit bis quina,  
Praecepta divina  
Sensi atque bina,

In mundi sentina  
Haec a mea ruina  
Sensum propulit  
Delictorum ignis  
Solem oculit.

Cod. S. Floriani. XI 35. saec. 13.

**157.**

1. Nitimur in vetitum  
Et negata cupimus,  
Carne contra spiritum  
Luctante succumbimus,  
Redimus ad vomitum  
Et retro respicimus,  
Quod erat abolitum,  
Libro mortis scribimus,  
In pejorem exitum  
Error est novissimus.
2. Qui plangit nec deserit  
Majori se subicit,  
Ut qui, quod promiserit,  
In solvendo deficit,  
Ut qui plantas inserit,  
Transferens nil proficit,  
Sic, qui mente conterit  
Et promissum abjicit,  
Ut mater, quae peperit,  
Et partum interficit.
3. Sera parsimonia  
Est in fundo loculi,  
Sera poenitentia,  
Cum clauduntur oculi,  
Talis est ut vitia  
Fatentis latrunculi,  
Cum instant stipendia  
Timore patibuli,  
Quaerit male conscia  
Mens fugam latibuli.
4. Virgines introitum  
Sero quaerunt fatuae,  
Clauduntur post perditum  
Equum sero januae,  
Festines ad exitum,  
Praeveniri metue,  
In inferno positum  
Tamquam oves pascuae  
Tritum et commolitur  
Mors pascet assidue.
5. Quid ergo, miserrime,  
Quid dices, quid facies,  
Censetur, cum ultime  
Venerit illa dies,  
Cum paschalis victimae  
Vulnera conspicies;  
Tunc inanes lacrimae,  
Tunc nihil proficies,  
Passiones animae  
Foetor, ignis, glacies.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — B hat nur die erste Strophe. — 2, 3 fehlt eine Silbe, quod ergänzt. — 4, 7 In inferno depositum A; lies wie oben, oder Inferno depositum, oder te positum? — A überschreibt das Lied De Beprehensione hominis. — Verfasser Philippus de Grevia.

**158.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Quo vadis, quo progredieris,<br/>         Usque quo progressura?<br/>         Quo fugis, cur me deseris,<br/>         Quo usque desertura?<br/>         Mens levis, mens dura,<br/>         Tecum delibera,<br/>         Considera,<br/>         Quam facundum,<br/>         Quam jucundum,<br/>         Quanto dispendio<br/>         De gaudio<br/>         Subduxisti,<br/>         Quod coepisti<br/>         Non exsecutura,<br/>         Stultum Christi<br/>         Delusisti<br/>         Justum proditura.</p> | <p>2. Sed tu quis es qui mussitas,<br/>         Qui contra me gannire,<br/>         Qui contra me non haesitas<br/>         Injuste superbire?<br/>         Vas fumi, vas irae,<br/>         Tecum delibera,<br/>         Considera,<br/>         Quam tumentem,<br/>         Quam foetentem<br/>         Raptum de lubrico<br/>         Non modico<br/>         Te coegi<br/>         Summo regi<br/>         Prorsus obedire,<br/>         Stulte feci,<br/>         Quod adjeci<br/>         Stulto subvenire.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 2, 3  
 me fehlt.

**159.**

*Ut a peccatis nostris convertamur.*

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Leniter ex merito<br/>         Ferendum, quod patimur,<br/>         Meremur ex debito<br/>         Poenas, quibus subdimur,<br/>         Quia, dum deserimur<br/>         Deserentes Dominum<br/>         Nec ad cor convertimur<br/>         Mole pressi criminum,<br/>         Poenae poenam addimus,<br/>         Longa reste trahimus<br/>         Peccatum implicitum<br/>         A peccato genitum.</p> | <p>3. Poenis nostris totiens<br/>         Divina compatitur<br/>         Clementia, quotiens<br/>         Ferox esse cogitur;<br/>         Dolet et irascitur,<br/>         Quia poenam irrogat,<br/>         Et, qui juste patitur,<br/>         Irascenti derogat,<br/>         Vice versa supplicat,<br/>         Qui damnandum judicat,<br/>         Ad poenas improperat,<br/>         Judicem exasperat.</p>       |
| <p>2. Omne in praecipiti<br/>         Cursu stetit vitium<br/>         Omne genus vetiti<br/>         Prodiit in medium,<br/>         Subiit exsilium<br/>         Actus omnis licitus,<br/>         Et suum officium<br/>         Exercet inhibitus;<br/>         Ob hoc ira Domini<br/>         Comminatur homini,<br/>         Poenas dolens reserat,<br/>         Ut peccantem conterat.</p>                     | <p>4. Poena dolenda venit,<br/>         Quae venit immerita,<br/>         Quam nec culpa praevenit,<br/>         Nec praecedunt merita,<br/>         Verum nos, qui vetita<br/>         Non verentes sequimur,<br/>         Poena non indebita<br/>         Jure qui percellimur,<br/>         Per has poenas annuas<br/>         Vitemus perpetuas;<br/>         Gaudeamus corripi<br/>         Exspectantes recipi</p> |

A patre, qui corrigit  
Filium, quem diligit,  
Castigato genito  
Leviter ex merito.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Oxonien. Rawlinson C 510 saec. 13. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadten. 628. saec. 13. C (daraus Milchsack 167). — BC haben beide nur drei Strophen; fassen wir die acht ersten Zeilen als Stollen, die vier letzten als Abgesang, so hat die letzte Strophe, wie so oft, doppelten Abgesang. — B giebt die Aufschrift.

Lamentatio animae peccata deflentis.

160.

R<sup>o</sup> Canticum laetitiae  
Vertens in lamenta  
Cano poenitentiae  
Lugens monumenta.

- |                                                                                                                                       |                                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Temporum memoria<br>Me replet angustia,<br>Dum cerno, quod nescia<br>Defluxit iuventa,<br>Fluxit ejus gloria<br>Nulla spe retenta. | 5. Foeda gessi sensibus,<br>Abusus sum viribus,<br>Corpus dedi turpibus<br>Vivens ut jumenta,<br>Vinctus sum reatibus<br>Metens detrimenta.   |
| 2. En tempus exiguum,<br>Datum ad proficuum,<br>Elapsum est vacuum,<br>Elapsa momenta,<br>Restatque perpetuum<br>Tempus ad tormenta.  | 6. Factorem deserui,<br>Factum mundum colui,<br>Satanae me praebui<br>Sequens temptamenta,<br>In malis computrui<br>Ut res caenulenta.        |
| 3. Deserta prudentia<br>Virtuteque socia<br>Erravi per devia<br>Spernens documenta,<br>Lapsus sum ad vitia,<br>Mortis alimenta.       | 7. Heu, miser, quid faciam,<br>Quando talis veniam<br>Ad Christi praesentiam<br>Inter monumenta,<br>Qui reddet justitiam<br>Secundum inventa. |
| 4. Facienda respui,<br>Feci, quae non debui,<br>Caducis exposui<br>Accepta talenta;<br>Unde miser merui<br>Cocytî fluentia.           | 8. Dolens ergo doleo,<br>Tanta mala defleo<br>Aeternaque timeo<br>Plus cruciamenta,<br>Quae malorum video<br>Fore complementa.                |

9. O Deus piissime,  
Pater clementissime,  
Inter luctus audi me,  
Inter vexamenta,  
Captivumque redime  
De manu cruenta.

Cod. Carnoten. 341. saec. 14.

10. Dele, pater, scelera,  
Pensa, pater, pondera,  
Vide, pater, vulnera,  
Fer medicamenta,  
Monstra, pater, foedera  
Ad tua figmenta.

### 161.

1. Cum animadverterem,  
Venerando Venerem  
Me lavare laterem,  
Sensi, quod succumberem,  
Nisi culpam veterem  
Cum animadverterem.  
2. Cum animadvertero,  
Quae, quanta, quot egero,  
Recte flere potero,  
Nisi declinavero,  
Nisi me de cetero  
Cum animadvertero.

3. Cum animadverteris,  
In quibus deliqueris,  
Boni nihil operis,  
Nihil, inquam, reperis,  
Ergo nisi falleris,  
Cum animadverteris.  
4. Cum animadvertere  
Te potes in scelere,  
Vertere, revertere,  
Dum potes, resurgere,  
Mentis homo liberae,  
Cum animadvertere.

5. Cum animadvertitur,  
Dum in carne vivitur,  
Quid a nobis agitur,  
Nihil si quis igitur  
Ratione regitur,  
Cum animadvertitur.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cod. Oxonien. Rawlinson C 510 saec. 13. B. — Cod. Guelfenhyteran. Helm-  
stadien. 628. saec. 13. C. — In Str. 2 ordnet C die Zeilen: 1. 2. 5. 4. 3.  
6. — Str. 3 fehlt C. — Cfr. Milchsack 181 sq.

### 162.

1a. Reminiscens  
patrati sceleris  
Post secreti  
compactum foederis  
Cum vena veniae,  
2a. Pressus tamen  
dolore vulneris  
Ad medelam  
unguenti veteris  
Cogor recurrere,

1b. Erubesco  
levare faciem,  
Nam obtundit  
conspectus aciem  
Frons verecundiac.  
2b. Arcet acgrum  
cutis deformitas,  
Sed medentis  
alma benignitas  
Facit praesumere.

- |                                                                                                                                   |                                                                                                                                         |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3a. Fons est vitae,<br>nunquam deficiet,<br>Semper fluens<br>semper scaturiet<br>Se praebens omnibus.                             | 3b. Sitientem<br>assumet ebria,<br>Et arentem<br>rigabit pluvia<br>Lavans a sordibus.                                                   |
| 4a. Si festinavero<br>Et properavero<br>Vas capax gratiae<br>.....<br>Exorando .....<br>Matrem clementiae,<br>Devotis precibus    | 4b. Misericordiae<br>Flumen eximiae<br>Non sinet vacuum<br>Flentis angustiae<br>Compassa nimie<br>Dabit irriguum.<br>Aquis coelestibus. |
| 5a. Ingratitudinem<br>delebit gratia,<br>Mansuetudinem<br>Praetendet filia<br>Mansuetudinis.                                      | 5b. Nam miserebitur<br>Misericordia,<br>Nec continebitur<br>In iracundia<br>Torrens dulcedinis.                                         |
| 6a. Ergo, virgo pia,<br>Suscipe, Maria,<br>Munus, cor amarum,<br>Non jam laudes condo,<br>Sed gemens effundo<br>Rivos lacrimarum, | 6b. Sordes scelerum<br>Tergens vulnerum<br>Ac divisiones,<br>Sint ex oculis<br>Aptae singulis<br>Plagis unctiones.                      |
| 7a. Ut salvatus<br>de mortis manibus<br>Et mundatus<br>A cunctis sordibus<br>Tua grandi gratia,                                   | 7b. Violare<br>Pactum non verear,<br>Sed laudare<br>Te semper merear<br>Cum sanctis in gloria.                                          |

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15.

### 163.

- |                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Suspirat spiritus,<br>Murmurat ratio,<br>Erumpunt gemitus,<br>Querelas audio;<br>Dic, homo, praeditus<br>Mentis arbitrio,<br>Cur taces subditus<br>Carnis contagio? | 2. Natura duplici,<br>Homo, componeris,<br>Ex parte simplici<br>Deo conjungeris,<br>Cum ergo subjici<br>Carni te pateris,<br>Sordibus affici,<br>Brutum efficeris. |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Cum Dei bonitas  
Formavit hominem,  
Impressit trinitas  
Suam imaginem,  
Tenet haec dignitas  
Supremum cardinem,  
Sed tua pravitas  
Pervertit ordinem.
4. Cui rident pocula,  
Cui splendent epulae,  
Sindones, specula,  
Purpura, gemmulae?  
Cui paras singula,  
Mihi vel famulae?  
Recumbit famula,  
Servitur aemulae.
5. Ancilla pascitur,  
Inops esurio,  
Potu reficitur,  
Arida sitio,  
Purpura tegitur,  
Nuda deficio,  
Ordo pervertitur,  
Perit conditio.
6. Dei iustitia  
Inter nos iudicet,  
Agar convitia  
Pro Sara vindicet,  
Et cui nequitia  
Ismael displicet,  
Isaac gaudia  
Risus multiplicet.
7. Quid in iudicio  
Dicere poteris,  
Cum fiet quaestio,  
Qui me contempseris?  
De tuo vitio  
Quidquid responderis,  
Deseret ratio,  
Quam modo deseris.
8. Ad tui respice  
Sceptri dominium,  
Tam carnem subijce  
Quam carnis vitium,  
A justo iudice  
Exit iudicium,  
Ancillam ejice  
Et ejus filium.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13. — Verfasser Philippus de Grevia.

# 164.

1. Tetigit me Dominus,  
Tangere qui novit,  
Foris tangens protinus  
Totum me commovit;  
Est nam tactus Domini  
Tactus pietatis,  
Qui dat plenam homini  
Limam pro peccatis.
2. Tange, pietatis pater,  
Tange me et ter et quater,  
Modo sis propitius;  
Tange carnem, tange ossa,  
Pone me, si vis, in fossa,  
Tantum sis propitius;  
Fac ut fila, quae sunt grossa,  
Et quae alta, fac sub fossa,  
Durent hic perbrevis.
3. Ure, quod est lividum,  
Seca, quod est morbidum  
Infundendo thura,  
Dele, quod est foetidum,  
Lava, quod est sordidum  
Maternali cura,  
Sicca, quod est fluidum,  
Tolle, quod est horridum  
Totum cum mensura.
4. Sum debilis,  
Sum flebilis,  
Pie intueri,  
Sum fragilis,  
Sum labilis,  
Certe sic est vere,  
Sum gracilis,  
Sum fictilis,  
Ergo miserere.

Cod. Patavin. (ol. S. Justinæ) 1328. saec. 14/15.

165.

De Filio prodigo.

1. Non carnis est sed spiritus  
     Hoc meum natalitium,  
     Per carnem prius editus  
     Collapsus sum in vitium  
     Et puteum interitus,  
     Nunc verae vitae redditus  
     Ferot ad matris gremium,  
     Solemne duco gaudium  
     Hoc gratiae natali,  
     Me pater vocat filium  
     Et ducit ad convivium  
     In veste nuptiali.  
     R<sup>o</sup> De successu gloriior,  
     Solito liberior,  
     Solutus a tributo  
     Levor et excutior  
     A paleis et luto.
2. Ut penitus me comperi  
     Mortis hausisse poculum,  
     Misertus pater miseri  
     Solvit peccati vinculum  
     Mundans a sorde veteri  
     Deditque dives pauperi  
     Stolam primam et annulum  
     In fidei signaculum  
     Et veniam reatus  
     Et saginatum vitulum  
     Dat dulce pater epulum,  
     Quo vivo recreatus.
3. Cum in honore fueram,  
     Non intellexeram,  
     Quae vitae foret ratio,  
     Sed aio:  
     A patre detur filio,  
     Quae me contingit, portio;  
     Quam postquam obtinueram,  
     Mentis, quam dedit liberam,  
     Abusus sum arbitrio,  
     Me turpem omni vitio  
     Expositum et deditum  
     Longinqua cepit regio.
4. Quam prius demerueram  
     Agendo perperam,  
     Ad veniam devenio,  
     Nunc sentio  
     Regressus ab exsilio,  
     Quae patri misratio;  
     Plus reddit, quam amiscram,  
     Sed per excelsi dexteram  
     Haec facta est mutatio,  
     Cujus est operatio,  
     Quod humiles ac debiles  
     In regum locat solio.  
     R<sup>o</sup> De successu gloriior,  
     Solito liberior,  
     Solutus a tributo  
     Levor et excutior  
     A paleis et luto.
5. Ara porcorum foetida  
     Gregem immundum pavi,  
     Fame compulsus rabida  
     Me siliquis cibavi,  
     Nec minus esurio,  
     Dum cum porcis capio  
     Pastum leguminis,  
     Sed me porriginis  
     Ulcerat transitio,  
     Nunc cuncta secatur valida  
     Dextra medentis vivida,  
     Cui me subjugavi.
6. Audivit frater aemulus  
     Symphoniam et chorum,  
     Cujus est nequam oculus  
     De gratia donorum,  
     Aegre fert, quod veniam  
     Ad misericordiam  
     Superni numinis,  
     Quod sui seminis  
     Fructus usu capiam,  
     In jus hereditarium  
     Resignat pater filium  
     In sede beatorum.

166.

Lamentatio Filii Prodigii.

1. Vitae perditae  
Me legi  
Subdideram,  
Minus licite  
Dum fregi,  
Quod voveram,  
Et ad vitae vesperam  
Corrigendum legi,  
Quidquid ante perperam  
Puerilis egi.
2. Rerum exitus  
Dum quaero  
Discutere,  
Falsum penitus  
A vero  
Discernere,  
Falso fallor opere,  
Bravium si spero  
Me virtutum metere,  
Vitia dum sero.
3. Non sum duplici  
Perplexus  
Itinere  
Nec addidici  
Reflexus  
A Venere  
Nec fraudavi temere  
Conjugis amplexus,  
Dalidam persequere,  
Ne fraudetur sexus.
4. Famem siliqua  
Porcorum  
Non abstulit,  
Quae ad lubrica  
Errorum  
Non contulit,  
Sed scriptura consulit,  
Viam intrem morum,  
Quae praelarga protulit  
Pabula donorum.
5. Dum considero,  
Quid Dinae  
Contigerit,  
Finem confero  
Rapinae  
Quis fuerit,  
Scio, vix evaserit  
Mens corrupta fine,  
Dia quam contraxerit  
Maculam sentinae.
6. Praeter meritum  
Me neci  
Non dederò,  
Si ad vomitum,  
Quem jeci,  
Rediero,  
Nec a verbo aspero  
Liberum me feci,  
Servus si serviero  
Vitiorum faeci.
7. Viae Veneris  
Immuto  
Vestigia,  
Irae veteris  
Refuto  
Per devia,  
Via namque regia  
Curritur in tuto,  
Si quis cedit ab ea,  
Semper est in luto.
8. Croesi solium,  
Sinonis  
Astutiam,  
Confer Tullium,  
Zenonis  
Prudentiam,  
Nil conferre sentiam  
His abutens bonis,  
Ni fugiendo fugiam  
Dalidam Samsonis.

9. Ergo veniam

De rei

Miseria,

Ut inveniam

De Dei

Clementia

Haec et his similia,

Quod peregi, Dei

Sola parcens gratia,

Miserere mei.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. enthält nur die erste Strophe des Liedes; die weiteren sind ergänzt aus Carm. Burana 8 sq. B. — 2, 4 sq. Verum penitus a falso B. — 5, 2 sq. Dianae quid B.

167.

De tripliei inimico nos infestante.

1. Regnum Dei vim patitur,

Nec illuc quis admittitur,

Nisi se ipsum vicerit,

Quem iudex, si advenierit,

Invenerit

Victorem, coronabitur.

2. Inter nos bellum geritur,

Quod vix aut nunquam vincitur,

Dum caro vires exerit,

Si mens in id, quod suggerit,

Consenserit,

Statim captiva trahitur.

3. In spiritus exitium

Caro, mundus, daemonium

Pari conspirant foedere

Parique certant scelere,

Perrumpere

Virtutis adiutorium.

4. Sed armatura fortium

Superbi frangit gladium,

Sumpta carnis ex opere,

Ut gressu mentis libere

Confugere

Possit ad alta montium.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510 saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — B hat nur die erste Strophe. — 1, 4 Sed quem iudex cum venerit C. — 1, 5 Consumpserit C; sumpserit A. — 4, 1 Si armatura AC. — Cfr. Milchsack 185. — Die Aufschrift giebt A.

168.

Altercatio cordis et oculi.

1. Quisquis cordis et oculi

Non sentit in se jurgia,

Non novit, qui sint stimuli,

Quae culpaе seminaria,

Causam nescit periculi,

Cur alternent convicia,

Cur procaces et aemuli

Replicent in se vitia.

2. Cor sic affatur oculum:

Te peccati principium,

Te fomitem, te stimulum,

Te voco mortis nuntium;

Tu, domus meae janitor,

Hosti non claudis ostium,

Familiaris proditor

Admittis adversarium.

3. Nonne fenestra diceris,  
Qua mors intrat ad animam?  
Nonne, quod vides, sequeris  
Ut bos ductus ad victimam?  
Cur non saltem, quas ingeris,  
Sordes lavas per lacrimam?  
Aut quare non erueris,  
Mentem fermentans azimam?
4. Cordi respondet oculus:  
Injuste de me quaeris,  
Servus sum tibi sedulus,  
Exsequor, quidquid jusseris.  
Nonne tu mihi praecipis  
Sicut et membris ceteris?  
Non ego, tu te decipis,  
Nuntius sum, quo miseris.
5. Cur damnatur apertio  
Corpori necessaria,  
Sine cujus obsequio  
Cuncta languent officia?  
Si quae fiat irreptio,  
Cum sim fenestra vitrea,  
Si, quod recepi, nuntio,  
Quae putatur injuria?
6. Addo, quod nullo pulvere  
Quem immittam pollueris,  
Nullum malum te laedere  
Potest, nisi consenseris.  
De corde mala prodeunt,  
Nihil invitum pateris,  
Virtutes non intereunt,  
Nisi culpam commiseris.
7. Dum sic uterque disputat  
Solutio pacis osculo,  
Ratio litem amputat  
Definitivo calculo;  
Reum utrumque reputat,  
Sed non pari periculo,  
Nam cordi causam imputat,  
Occasionem oculo.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13. A. — Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8207 saec. 13. B. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. C. — C hat nur eine Strophe. — 1, 3 quid sint B. — 1, 6 alternant BC. — 1, 8 Replicant B. — 3, 1 Numne B. — 3, 3 vides quid sequeris B. — 5, 4 obsequia B. — 5, 6 cum sit fenestra B. — 6, 2 immittam pulveris B. — 7, 1 Cum sic A. — Außer A neimt auch Salimbene den Philippus de Grevia als Verfasser. Die Melodie wäre nach demselben Salimbene von Henricus de Pisa. Es bleibt aber fraglich, ob die Melodie des letzteren die in unseren Quellen enthaltene oder eine andere sei. Weitere Handschriften des Liedes vgl. Hauréau, Notices et Extraits I, 366; Wright, Walter Mapes 93.

## 169.

### Altercatio Animae et Corporis.

1. Homo natus ad laborem,  
Tui status, tuae morem  
Sortis considera  
Propensius,  
Me parcus  
Querelis aspera;  
Quaestus ergo reprime,  
Ne animae,  
Quod misere commiseris,  
Quod pateris,  
Miser impropera.
2. Me dum fecit Deus mundam,  
Vas infecit faex immundam,  
Corruptit lutea,  
Desipio  
Nec sapio  
Meum Promethea;  
Nil in carnis carcere  
Fit libere,  
Parit enim contagium  
Et vitium  
Moles corporea.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. In abyssum culpa ducis,<br/>         Quae commissum opus ducis,<br/>         Procuras temere,<br/>         Me perimis,<br/>         Cum opprimis<br/>         Peccati pondere;<br/>         Tibi nomen animae<br/>         Jam adime,<br/>         Quia recte non animas,<br/>         Cum perimas<br/>         Me mortis opere.</p> | <p>4. In abusum rationis<br/>         Vertis usum teque bonis<br/>         Privas gratuitis,<br/>         Dum sensibus<br/>         Assensibus<br/>         Faves illicilis;<br/>         Tibi cogor obsequi<br/>         Et exsequi,<br/>         Opus rectum si iudices<br/>         Vel claudices<br/>         A recti semitis.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 3, 7—11 stehen in der Hs. hinter Str. 4. Dafs sie umzustellen sind, scheint nicht blofs das Versmafs, sondern auch der Inhalt nahezu legen. Das Lied ist uns nicht unter dem Namen Philipps de Grève überliefert; dennoch trage ich kein Bedenken, ihn als den Autor zu bezeichnen, so sehr zeigen Inhalt und Form das ihm eigene Gepräge.

## 170.

### Disputatio membrorum.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Inter membra singula<br/>         De ventris ingluvie<br/>         Murmur est et quaestio,</p> <p>2a. Lugens dicit oculus:<br/>         Cur vigil et sedulus<br/>         Cuncta lustrans exploro?</p> <p>3a. Auris dicit: cur haurio,<br/>         Cur doctrinis inservio<br/>         Nec satior auditis,</p> <p>4a. Nares dicit: cur explores<br/>         Cibi fumos et vapores?<br/>         A te frustra discernuntur,<br/>         Quae per ventrem confun-<br/>         duntur,<br/>         Ventris immunditia<br/>         Corruptuntur omnia,<br/>         Odor transit in foetores.</p> <p>5a. Manus dicunt: quid labores,<br/>         Nobis prosunt quid sudores,<br/>         Cum tu, venter, cuncta vores,<br/>         Cum tu solus implearis,</p> <p>6a. Quaeritur pes: cur fatigor,<br/>         Discurrendo cur affligor?</p> | <p>1b. Quod pro ventris crapula<br/>         Membra carent requie,<br/>         Jugis fit exactio.</p> <p>2b. Venter cuncta devorat,<br/>         Avidus incorporat,<br/>         Quidquid extra laboro.</p> <p>3b. Auditi soni pereunt,<br/>         Ad ventrem cibi transeunt,<br/>         Crescit fames et sitis.</p> <p>4b. Lingua fatur: quid doctrina<br/>         Mihi confert? dapes, vina,<br/>         Ista mihi non parantur,<br/>         Cuncta ventri comparan-<br/>         tur,<br/>         Licet per me transeant,<br/>         Parum tamen recreant,<br/>         Hic ciborum officina.</p> <p>5b. Nullum pascas, sed pascaris,<br/>         Neque pastu compescaris?<br/>         Nihil paras, immo paris<br/>         Torsiones et dolores.</p> <p>6b. Sive curro, sive labor,<br/>         Meum onus, meus labor,</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- 6c. Et dum venter cibus turget,  
 Me portantem pondus urget.

- |                                                                                                                                                 |                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 7a. Ergo restat unum consilium,<br>Suspendamus omnes officium,<br>Quiescamus a labore;                                                          | 7b. Labor noster nobis est sterilis,<br>Condemnetur servus inutilis,<br>Moriatur cum dolore.                                              |
| 8a. Dum sic a propriis<br>Cessant officiis<br>Interdicto communi,                                                                               | 8b. Cibos non capiunt,<br>Omnes deficiunt<br>Sensus, quia jejuni.                                                                         |
| 9a. Stupent aures tinnulae,<br>Oculus caligat,                                                                                                  | 9b. Nutant manus tremulae,<br>Pedes error ligat.                                                                                          |
| 10a. Lingua, quae loqui debuit,<br>Explicare non potuit<br>Pro ceteris quaerelam,                                                               | 10b. Omnibus dictat ratio,<br>Cordis uti consilio<br>Et quaerere medelam.                                                                 |
| 11a. Tunc aperit oraculum<br>Cordis secreta veritas,<br>Increpat aurem, oculum,                                                                 | 11b. Docet, quanta temeritas,<br>Quam damnosa praesumptio,<br>Quam caeca conspiratio.                                                     |
| 12a. Quid est, inquit, quod facitis,<br>Cur vos stulte subducitis<br>Ventri, cujus receptio<br>Communis est refectio,<br>Communis est utilitas? | 12b. Venter recepta continet,<br>Sed nihil sibi retinet,<br>Cujus est dispensatio<br>Lapsorum restauratio,<br>Membrorum incolumitas.      |
| 13a. Officia repetite,<br>Fideli servo credite,<br>Quae singulis restituet;                                                                     | 13b. Si operas subtrahitis<br>Nec alimenta quaeritis,<br>Nihil vobis distribuet.                                                          |
| 13c. In vos ipsos irruitis,<br>Gladium in vos vertitis,<br>Qui vos et ipsum destruet.                                                           |                                                                                                                                           |
| 14a. Sic repetunt officia,<br>Venantur necessaria,<br>Relegatur infirmitas;                                                                     | 14b. Reparatur lux oculis,<br>Redit in membris singulis<br>Virtus, opus et sanitas.                                                       |
| 15a. Haec sub typo mysterii<br>Sub uno Christo capite<br>Geruntur in ecclesia,                                                                  | 15b. Cujus sunt actus varii,<br>Necessitatis debitaе,<br>Diversa sunt officia.                                                            |
| 16a. Hic est auris, hic oculus,<br>Lingua, manus, pes ceteri,<br>Princeps communis bajulus<br>Communi vacans operi<br>Ventris habet officium.   | 16b. Cujus tanta sit caritas,<br>Ut nihil ei proprium,<br>Sed sit ut servus omnium,<br>Ut sic servetur unitas,<br>Dum rependit obsequium. |
| 17a. Sicut perit res publica,<br>Si careat aerario,                                                                                             | 17b. Sic unitas catholica,<br>Si caret hoc officio.                                                                                       |

171.

De Pugna Vitiorum.

- |                                                                                    |                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Vitia virtutibus<br>Obvia cum omnibus<br>Dimicant,<br>Implicant se varie.       | 10. Fidei sinceritas,<br>Spei magnanimitas<br>Cecidit,<br>Excidit et caritas.      |
| 2. Ictibus ac variis<br>Actibus contrariis<br>Vulnerant,<br>Superant in acie.      | 11. Puritas munditiæ,<br>Bonitas clementiæ<br>Vapulant,<br>Exsulant justitiæ.      |
| 3. Capulis concutiant,<br>Vinculis compediunt,<br>Stimulis,<br>Jaculis confodiunt. | 12. Pravitas spurcitiæ,<br>Falsitas perfidiæ<br>Stimulant,<br>Pullulant injuriæ,   |
| 4. Ira et phylargia,<br>Livor et acidia,<br>Gloria,<br>Gula cum luxuria.           | 13. Humilis simplicitas,<br>Stabilis fidelitas<br>Deperit,<br>Interit frugalitas.  |
| 5. Intonat superbia,<br>Ingemit invidia,<br>Odia<br>Movet iracundia.               | 14. Perfida supplicitas,<br>Invida malignitas<br>Oritur,<br>Moritur benignitas.    |
| 6. Turget castrimargia,<br>Inquinat luxuria,<br>Taedia<br>Ingerit acidia.          | 15. Sobrietas vincitur,<br>Poculis immergitur,<br>Epulis,<br>Crapulis obruitur.    |
| 7. Haec praedicta vitia<br>Excitant ad proelia,<br>Gloria,<br>Duo sunt principia.  | 16. Timor et scientia,<br>Dona sibi socia,<br>Vitia<br>Fugiunt contraria.          |
| 8. Duo sunt principia,<br>Et ex eis omnia<br>Alia<br>Oriuntur vitia.               | 17. Pietas exsilium<br>Petit, nec consilium<br>Sufficit,<br>Deficit auxilium.      |
| 9. Mammas nudant lamiae,<br>Coeunt in acie<br>Furiæ,<br>Fugiuntque gratiae.        | 18. Bonum fortitudinis<br>Quatitur a machinis,<br>Laeditur,<br>Perimitur sarcinis. |

- |                                                                                   |                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 19. Lux intelligentiae<br>Palpat in meridie,<br>Dubiae<br>Cedit imperitiae.       | 22. Sterilis contritio,<br>Flebilis confessio<br>Perditur,<br>Clauditur silentio.   |
| 20. Gustus sapientiae<br>Error fit stultitiae,<br>Fatue<br>Sapit et ambigue.      | 23. Dolor poenitentiae,<br>Pudor verecundiae<br>Pereunt,<br>Redeunt malitiae.       |
| 21. Septem septenario<br>Dona ruunt vitio,<br>Gladio<br>Excidunt in proelio.      | 24. Caro vincit spiritum,<br>Nititur in vetitum,<br>Debitum<br>Trahit ad interitum. |
| 25. Gehennae supplicia<br>Culpa sunt stipendia,<br>Gratia<br>Gloriae dat praemia. |                                                                                     |

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13. — 4, 1 et fehlt. — 6, 4 Ingemit. — 7, 3 Lies Gravia? — 17, 4 Deficit fehlt. — 20, 1 Justus. — 23, 1 Color. — 25, 4 datur. — Verfasser Philippus de Grevia.

### De necessitate gratiae.

#### 172.

- |                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Qui seminant in lacrimis<br>Et azimis<br>Sincerae conscientiae,<br>Fermentum culpaе veteris<br>Permutant et malitiae,<br>Hi gratiae<br>Se praeparant, qua lateris<br>Luto projecti soliti<br>Emeriti<br>Maniplos portent gloriae.  | 2. Hominis est miseriae,<br>Zizaniae<br>Semen granis interseri,<br>Nec manus hostis invidi<br>Potest ad plenum conteri,<br>Quin teneri<br>Quiddam sementis sordidi<br>Culmus adjungat stipitis,<br>Dum capit<br>Nos timet esse liberi. |
| R <sup>o</sup> Per motus ergo singulos,<br>Vis, viri legis aemuli<br>Cernens allide parvulos<br>Ad petrae latus anguli,<br>Nec faucibus adhaereat<br>Lingua, sed quem cum veneris,<br>Ut pravus motus pereat,<br>Jerusalem memineris. | R <sup>o</sup> Per motus ergo singulos,<br>Vis, viri legis aemuli<br>Cernens allide parvulos<br>Ad petrae latus anguli,<br>Nec faucibus adhaereat<br>Lingua, sed quem cum veneris,<br>Ut pravus motus pereat,<br>Jerusalem memineris.  |

3. Caro nil per se proficit,  
 Nec sufficit,  
 Etsi fortis sit, spiritus,  
 Nisi liquore gratiae  
 Perfusi fluant primitus,  
 Et penitus  
 Cum oleo laetitiae  
 Rorem misericordiae  
 Et veniae  
 Fons vivus pluat coelitus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 2, 4 hostis invidiae. — 2, 6 Quin demum Hs., gegen Reim und Silbenzahl.

**173.**

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Veritas veritatum,<br>Via, vita, veritas,<br>Per veritatis semitas<br>Eliminans peccatum,<br>Te verbum incarnatum<br>Clamant fides, spes, caritas,<br>Tu primae pacis statum<br>Reformans post peccatum.<br>Tu post carnis delicias<br>Das gratias,<br>Ut facias beatum.<br>O quam mira potentia,<br>Quam regia<br>Vox principis,<br>Cum aegrotanti praecipis:<br>Surge, tolle grabbatum. | 2. Omnia sub peccato<br>Clausit Adae meritum,<br>Dum pronior in vetitum<br>Non paruit mandato,<br>De statu trabeato<br>Nos dedit in interitum,<br>De morsu venenato<br>Fel inhaesit palato;<br>Per hoc culpaе dispendium<br>In vitium<br>Nascentium translato<br>Mortis amarae poculum<br>In saeculum<br>Transfunditur,<br>Nil cui dulce, bibitur<br>De vase vitiato. |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Spiritus veritatis,  
 Spiritus consilii  
 Modo poenam supplicii  
 Non reddit pro peccatis,  
 Ut timor castitatis  
 Quo reverenter filii  
 Castiget in praelatis  
 Fermentum vetustatis.  
 Sed quando sponsus venerit,  
 Invenerit,  
 Quid faciet ingratis?  
 Non hic poenam abstulit,  
 Cum distulit,  
 Ad victimam  
 Sed nunc impinguat animam  
 Adeps iniquitatis.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 3, 14 steht hinter 16. — Die erste Strophe findet sich auch Carm. Bur. p. 3.

174.

Qui virtutem sequitur, beatus est.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Beatus, qui non abiit<br/>             In malorum consilio,<br/>             Peccatorum in invio<br/>             Nec stetit nec appetiit<br/>                 Cathedram pestilentiae.<br/>         Beatus, qui non sequitur;<br/>             Quae fluunt stare nescia,<br/>             Quae non sunt permanentia,<br/>             Nec ambit nec amplectitur<br/>                 Instinctu vanae gloriae.<br/>         R<sup>o</sup> O felix, quem non cruciat,<br/>             Nec mordet nec angustiat<br/>                 Stimulus avaritiae,<br/>                 Nec fax uret invidiae.</p> | <p>3. Beatus, qui in prosperis<br/>             Mentem non exaltaverit,<br/>             Nec se nimis artaverit<br/>             Rebus artatus asperis,<br/>                 Vincens in patientia;<br/>         Beatus, qui pauperibus<br/>             Sua diffundens animum<br/>             Non clausit erga proximum,<br/>             Se natum credit omnibus,<br/>                 Insignitum clementia.<br/>         R<sup>o</sup> O felix, quem non cruciat,<br/>             Nec mordet nec angustiat<br/>                 Stimulus avaritiae,<br/>                 Nec fax uret invidiae.</p> |
| <p>2. Beatus, quem calcaneus<br/>             Non premit poenitentiae,<br/>             Beatus, conscientiae<br/>             Quem non pungit aculeus,<br/>                 Nec turbant mentis proelia;<br/>         Beatus, qui se noverit<br/>             Dono coelestis gratiae<br/>             Neque vento superbiae<br/>             Supra se raptus fuerit<br/>                 Sibi postponens omnia.</p>                                                                                                                                                                                           | <p>4. Beatus, qui contempserit<br/>             Caduca mundi gaudia,<br/>             Adspirans ad coelestia<br/>             Et pati praelegerit<br/>                 Dolores et angustias;<br/>         Beatus, cui divinitus<br/>             Infuso rore gratiae<br/>             Faciem fugit luxuriae,<br/>             Magister carnis spiritus<br/>                 .....</p>                                                                                                                                                                                                                   |
| <p>5. Beatus, qui in patriam<br/>             Fixo mentis acumine<br/>                 .....<br/>             Mundanam spernit gloriam<br/>                 Et marcescentem flosculum;<br/>         Beatus, qui transierit<br/>             Ab hac valle miseriae<br/>             Et ad verum justitiae<br/>             Solem translatus fuerit,<br/>                 Vivet enim in saeculum.</p>                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |

175.

*Fuga saeculi beatos nos reddit.*

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Bonum est confidere<br/>             In dominorum Domino,<br/>         Bonum est spem ponere<br/>             In spei nostrae termino,<br/>         Qui de regum potentia,<br/>         Non de Dei clementia<br/>             Spem concipis,<br/>             Te decipis<br/>             Et excipis<br/>             Ab aula summi principis.<br/>         Quid in opum aggere<br/>             Exaggeras peccatum?<br/>             In Deo cogitatum<br/>                 Tuum jacta,<br/>                 Prius acta<br/>             Studeas corrigere,<br/>         In labore manuum<br/>         Et sudore vultuum<br/>             Pane tuo vescere.</p> | <p>2. Carnis ab ergastulo<br/>             Liber eat spiritus,<br/>         Quo peccati vinculo<br/>             Vinciatur<br/>             Et trahatur<br/>             Ad inferni gemitus,<br/>         Ubi locus fientium,<br/>         Ubi stridor dentium,<br/>             Ubi poena gehennali<br/>             Affliguntur omnes mali;<br/>             In die novissimo,<br/>             In die gravissimo,<br/>         Quando iudex venerit,<br/>             Ut trituret aream<br/>             Et exstirpet vineam,<br/>         Quae fructum non fecerit,<br/>             Sic granum a palea<br/>             Separabit, congregabit<br/>             Triticum in horrea.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. O beati mundo corde,  
 Quos peccati tersa sorde  
     Vitium non inquinat,  
     Scelus non examinat,  
     Nec arguunt peccata,  
     Qui Domini mandata  
 Custodiunt et sitiunt,  
 Beati, qui esuriunt  
     Et confidunt in Domino,  
     Nec cogitant de crastino.  
 Beati, qui non implicant  
     Se curis temporalibus,  
 Qui talentum multiplicant  
 Et verbum Dei praedicant  
     Omissis secularibus.

176.

Utilitas quaedam detractiois.

- |                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Procurans odium<br/> Effectu proprio<br/> Vix detrahentium<br/> Gaudet intentio,<br/> Nexus est cordium<br/> Ipsa detractio,<br/> Sic per contrarium<br/> Ab hoste nescio<br/> Fit hic provisio,<br/> In hoc amantium<br/> Felix conditio.</p> | <p>2. Insultus talium<br/> Prodesse sentio,<br/> Tollendi taedium<br/> Fluxit occasio,<br/> Suspendit gaudium<br/> Prono consilio,<br/> Sed desiderium<br/> Auget dilatio,<br/> Tali remedio<br/> De spinis hostium<br/> Uvas vindemio.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cod.  
Monacen. (ol. Diessen.) 5539. saec. 14. C. — Carm. Burana 165. D. — 1, 3  
Jus detrahentium AB. — 1, 7 Sed desiderium D. — 1, 11 Contritio C. —  
Str. 2 fehlt B. — 2, 5 Suspendunt D. — 2, 6 Parvo consilio A, Pravo D. —  
2, 7 Sic per contrarium D.

177.

Canticum sponsae depromptum ex Cantico canticorum.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Cum sponsa sponsum quaeritat<br/> Percussa vulnere<br/> Amoris, alte clamat<br/> Timens deficere:<br/> Adjuro vos, o filiae<br/> Jerusalem praecarae,<br/> Sponso dilecto nimie<br/> Velitis nuntiare,<br/> Quod zelo langueo.<br/> R<sup>o</sup> Respondent simul natae:<br/> Dic nobis, petimus,<br/> De sponsi qualitate,<br/> Et tecum quaerimus<br/> Affectu igneo.</p> <p>2. Fert sponsa: sponsus candidus<br/> Exstat et rubeus,<br/> Ex mille solus splendidus<br/> Vertexque aureus,<br/> Nam Dei hic est filius<br/> Carens naevo peccati,<br/> Sed passione rubeus,<br/> Uramur ne damnati<br/> Igne tartareo.</p> | <p>3. Corvinus nigret crinibus<br/> Ut palmae foliis,<br/> Columbae sed luminibus<br/> Ornatur lacteis,<br/> Fluenta juxta maxima,<br/> Nam humilis pacator,<br/> Ut palma floret optima,<br/> Et simplex praedicator<br/> Nitet coram eo.<br/> R<sup>o</sup> Respondent simul natae:<br/> Dic nobis, petimus,<br/> De sponsi qualitate,<br/> Et tecum quaerimus<br/> Affectu igneo.</p> <p>4. Dilectus, quem sic quaerito,<br/> Talis est, filiae,<br/> Num ipsum amo merito<br/> In tali specie?<br/> Euge, hic est carissimus,<br/> Verus meus amicus,<br/> Non quaerens hunc stultissimus<br/> Est totus et iniquus,<br/> Reus supplicio.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Berolinen. Germ. 8<sup>o</sup> 190. saec. 15. ex.

**178.**

**De sponsa cum sponso quiescente.**

- |                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Cur livet hostis impius,<br/>             Quod sponsus amat sponsam?<br/>         In vini cellam castius<br/>             Induxit hanc abconsam.</p> | <p>3. Et caritatem ordinat<br/>             In sponsa sponsus veram,<br/>         Quam duplicem determinat<br/>             Semper servare meram.</p> |
| <p>2. Sub umbra sponsi sedula<br/>             Secure requiescit,<br/>         Nec gravia pericula<br/>             Haec hostis pertimescit.</p>           | <p>4. Vult ergo sponsa floribus<br/>             Et malis constipari,<br/>         Robustis et debilibus<br/>             Desiderans ornari.</p>      |
5. Ergo tabesce, invide  
     Hostis, nil curat sponsa,  
     Sub umbra sponsi placide  
     Quiescit jam absconsa.

Cod. Berolinen. Germ. 8<sup>o</sup> 190. saec. 15. ex.

**179.**

**De Fide et Veritate.**

1. O mores perditos et morum foedera,  
     Non curant superi, quod agant infera,  
     Sinistrae manui mentitur dextera,  
     Nec carent fraudibus fraterna latera.
2. A primi generis humani stīpite,  
     A solis cardine, a terrae limine,  
     A mundi finibus exempla sumite,  
     Nusquam tuta fides, experto credite.
3. Dic, mater, filio dic, sodes, unico,  
     Dic ubi habitas in hoc exsilio?  
     An imo vallium, an montis cilio,  
     An casis pauperum, an regni solio?
4. Olim res fidei, nunc umbra colitur,  
     Olim sola fides, nunc et fraus fallitur,  
     Et doli machina dolus repellitur,  
     In dolo dolus est et dolus tollitur.

Cod. Parisin. (ol. Martialis.) 3549. saec. 12.

**180.**

**Quod veritas odium pariat.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Adulari nesciens<br/>             Ab amicis deseror,<br/>         Quos movere cupiens,<br/>             Nimis aegre toleror,<br/>         Vitae rite conqueror,<br/>         Nam quod decet, operor<br/>             Verba sale condiens,<br/>         Ne favore deseror<br/>             Spe vel metu blandiens.</p> | <p>2. Magna mihi gloria,<br/>             Si, quae loquor, sentiam,<br/>         Salva consequentia<br/>             Sequor amicitiam,<br/>             Cujus volo gratiam,<br/>             Cujus per infamiam<br/>         Comparatur gratia,<br/>         Salomonis gloriam<br/>             Nollem per infamiam</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Sed tanta severitas  
Movet mihi jurgium,  
Nam scio, quod veritas  
Semper parit odium,  
Et quod terrae solium  
Tenet adversantium  
Venenosa levitas,  
Dum praetendit pallium  
Triturata falsitas.  
Licet adversantibus,  
Quidquid volunt, dicere,  
Demum solent talibus  
Plus quam sibi credere  
Potestates miserae.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 3, 12  
De solent.

### 181.

#### De Veritate exsule.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Dic, Christi veritas,<br>Dic, cara raritas,<br>Dic, rara caritas,<br>Ubi nunc habitas?<br>Aut in valle visionis,<br>Aut in throno Pharaonis,<br>Aut in alto cum Nerone,<br>Aut in antro cum Theone,<br>Vel in fiscella scirpea,<br>Cum Moyse plorante,<br>Vel in domo Romulea<br>Cum bulla fulminante.                          | 2. Respondit caritas:<br>Homo, quid dubitas,<br>Quid me sollicitas?<br>Non sum, quo mussitas,<br>Nec in Euro nec in Austro,<br>Nec in foro nec in claustro,<br>Nec in bysso vel cuculla,<br>Nec in bello vel in bulla;<br>De Jericho sum veniens<br>Plorans cum sauciato,<br>Quod duplex Levi transiens<br>Non adstitit grabato. |
| 3. O vox prophetica,<br>O Nathan, praedica,<br>Culpa Davidica<br>Patet non modica!<br>Dicit Nathan: non clamabo<br>Neque David planctum dabo,<br>Cum sit Christi rupta vestis,<br>Contra Christum Christus testis:<br>Vae, vae vobis, hypocritae,<br>Qui culicem colatis,<br>Quae Caesaris sunt, reddite,<br>Ut Christo serviatis, |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33–23). D. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1099. saec. 13. E. — CD haben nur die erste Strophe, B die erste und zweite, zwischen welche es zwei Strophen des Liedes *Bulla fulminante* einschleibt. — 1, 3 Die cara B. — 2, 3 Qui me B. — 2, 7 und 8 umgestellt B. — 2, 9 Ploro A. — 2, 10 Quem duplex. — Das Lied ist wohl zweifellos von Philippus de Grevia, wenn es auch in der Egerton Hs. sich nicht findet. Cfr. Milchsack 162; Carm. Bur. 51 (Str. 1 und 2) und 52 (Str. 3).

## 182.

### De Curia Romana.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. <i>Bulla fulminante,</i><br/> <i>Sub iudice tonante</i><br/> <i>Reo appellante,</i><br/> <i>Sententia gravante</i><br/> <i>Veritas supprimitur,</i><br/> <i>Distrahitur</i><br/> <i>Et venditur,</i><br/> <i>Iustitia prostante;</i><br/> <i>Itur et recurritur</i><br/> <i>Ad curiam, nec ante</i><br/> <i>Quid consequitur,</i><br/> <i>Quam exiit quadrante.</i></p> | <p>3. <i>Si quaeris praebendas,</i><br/> <i>Frustra vitam praelendas,</i><br/> <i>Mores non commendas,</i><br/> <i>Ne iudicem offendas,</i><br/> <i>Frustra tuis literis</i><br/> <i>Inniteris,</i><br/> <i>Moraberis</i><br/> <i>Per plurimas Kalendas,</i><br/> <i>Tandem expectaveris</i><br/> <i>A ceteris ferendas,</i><br/> <i>Paris ponderis</i><br/> <i>Pretio nisi contendas.</i></p> |
| <p>2. <i>Papae janitores</i><br/> <i>Cerbero surdiores,</i><br/> <i>In spe vana piores,</i><br/> <i>Nam, etiamsi fores</i><br/> <i>Orpheus, quam audiit</i><br/> <i>Pluton, Deus</i><br/> <i>Tartareus,</i><br/> <i>Non ideo periores,</i><br/> <i>Malleus argenteus</i><br/> <i>Ni feriat ad fores,</i><br/> <i>Ubi Protheus</i><br/> <i>Variat mille colores.</i></p>       | <p>4. <i>Jupiter dum orat</i><br/> <i>Danem, frustra laborat,</i><br/> <i>Sed eam deflorat,</i><br/> <i>Auro dum se colorat;</i><br/> <i>Auro nil potentius,</i><br/> <i>Nil gratius,</i><br/> <i>Nec Tullius</i><br/> <i>Facundius perorat,</i><br/> <i>Sed hos urit acrius,</i><br/> <i>Quos amplius honorat,</i><br/> <i>Nihil justius,</i><br/> <i>Calidum crassus dum vorat.</i></p>      |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Londonen. Egerton 274. saec. 13. B. — Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. C. — 1, 5 opprimitur C. — 2, 6 Pluteus B. — 2, 10 Ni fehlt C. — Str. 2 fehlt C. — 3, 5 tuis literis fehlt C. — 3, 9 Tamen expectaveris C. — 4, 2 Dampnem A, für Danaën. — 4, 11 Mohil justus A. — Str. 1 Carm. Bur. 51, die übrigen 52. — Verfasser Philippus de Grevia.

De malitia temporum modernorum.

183.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Crimen avaritiae,<br/>Scelus idolatriae<br/>    Nostra sciunt tempora,<br/>Furor contumeliae<br/>Pacis et concordiae<br/>    Violavit foedera.<br/>Est infusum posteris<br/>    Odium Thebanum,<br/>Et reliquit posteris<br/>Nobis Cain<br/>    scelus inhumanum.</p> | <p>2. Omne genus vitii<br/>Nulla vis ingenii<br/>    Explicaret, quantitas,<br/>Nam si recte iudicem<br/>A planta ad verticem<br/>    Non est orbi sanitas;<br/>Et quia iniquitas<br/>    Abundat modernorum,<br/>Ut testatur veritas,<br/>Refrigescet<br/>    caritas multorum.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Jam crescunt zizania  
    Et messis triticea  
    Demolitur tineae,  
Beati, qui in via  
    Sunt immaculati,  
Pauci sunt in patria  
Praelecti,  
    sed multi vocati.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95.

184.

I.

- |                                                                                                                               |                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Veritas, aequitas,<br/>    largitas corrui,<br/>Falsitas, pravitas<br/>    parcitas vigit,<br/>Urbanitas evanuit.</p>   | <p>2. Vis, ultio, praesumptio,<br/>Discordiae contentio,<br/>Suspicio, detractio,<br/>Calumniae vexatio<br/>    Nituntur patrocini.</p> |
| <p>2. Caritas, castitas,<br/>    probitas viluit,<br/>Vanitas, foeditas,<br/>    vilis claruit.</p>                           | <p>3. Fraus, fictio, seductio<br/>Justitiae sub pallio,<br/>Ambitio, proditio<br/>Sub cinere, cilicio<br/>Virtutis gaudent pretio.</p>  |
| <p>3. Semitas abditas<br/>    novitas circuit,<br/>Solitas cognitatas<br/>    orbitas arguit,<br/>Antiquitas quas tenuit.</p> |                                                                                                                                         |

II.

1. Jus, ratio, discretio  
Concordiae communio,  
Compassio, correctio,  
Miserae protectio  
Proscribitur exsilio.

III.

1. Avaritia  
Quaerit spolia,  
Quia propria  
Facit communia.
2. De luxuria  
Torpor, otia,  
Via devia  
Repit vecordia.

3. De superbia  
Livor, odia,  
Tria vitia  
Trahunt omnia.

IV.

1. Latet dubie  
Malitiae ferbura  
Zeli specie,  
Fraus, calumniae  
Justitiae figura,  
2. Tristis facie  
Vultus macie  
Hypocrisis pictura,  
3. Amicitiae  
Sub effigie  
Nequitiae structura.

V.

1. Jam praelati sunt Pilati,  
Judae successores,  
Pium rati, Christum pati,  
Caiphae fautores.  
2. Dum cognati praebendati  
Surgunt ad honores,  
Pulsant dati paupertati  
Ostia doctores.  
3. Literati spe fraudati  
Egent post labores,  
Probitati ac aetati  
Desunt provisos.  
4. Non vocati nec creati  
Praesunt juniores,  
Vi mitrati, vi plantati,  
Merito minores.

VI.

1. Canes impudicitiae,  
Avidi, muti,  
2. Sues immunditiae,  
Luto polluti,  
3. Tigres avaritiae,  
Quaestum secuti.

VII.

1. Nulli custodiae,  
Familiae sed nimiae  
Student, lasciviae  
Cum ingluvie,  
Procurandae cuti.  
2. Non stant in acie  
A facie, contrariae  
Cedunt potentiae,  
Patientiae  
Scuto destituti.  
3. Nihil eximiae  
Constantiae, sed propriae,  
Timent ignaviae,  
Plus pecuniae  
Student quam saluti.

VIII.

1. Prece, pretio  
Fit intrusio,  
Nam praelatio  
Venditur,  
Emitur,  
Nec officio  
Pudor est abuti.  
2. Cleri concio  
Ac religio  
Fit opprobrio,  
Sternitur,  
Spernitur,  
Privilegio  
Dato servituti.  
3. Nulla studio  
Fit protectio,  
Jugo nimio  
Premitur,  
Laeditur,  
Quorum brachio  
Solent esse tuti.

IX.

1. Omnis status immutatus  
Gregis et pastoris,  
Conturbatus principatus  
Regis junioris.

2. Nutat thronus, dum patronus

Nullus est honoris,  
Nemo bonus portat onus  
Gratia minoris.

X.

1. Vota plura, preces, thura,

Gemitus amari,  
Pro secura regni cura

Planctu pari  
Fiunt in altari.

2. Sicut navis peritura

Fluctuat in mari,  
Ita gravis haec pressura  
Nec sedari  
Potest nec sanari.

3. Sicut panni commissura

Rupti reparari,  
Tanti damni sic scissura  
Reformari  
Nequit sed deformari.

XI.

1. Coepit per odia,  
Crevit invidia,  
Fremet militia,  
Saevit malitia.

XII.

1. Omnes quaerunt propria,  
Milites et cleri,  
Timent hi de curia  
Per hos amoveri.

2. Unde palpant vitio  
Subversores veri,  
Dolent hi, negotia  
Per ignotos geri,

3. Primus ad consilia,  
Peregrinus heri.

XIII.

1. Dic ergo, veritas,  
Ubi nunc habitas?  
Aequitas, largitas,  
Ubi nunc latitas?  
Quid profuit,  
Quod praefuit  
Malignitas?

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. B. — II 2, 3 dejectio A. — III 2, 4 Rapt B. — VII 3, 3 Tument B. — Das Lied ist nach Art der Sequenzen gebaut, nur mit dem Unterschiede, daß auf jede Melodie nicht zwei, sondern mehr (meist drei) Strophen kommen. Die lateinischen Nummern bezeichnen die Singweisen, wobei nur zu bemerken, daß auch hier manche Unregelmäßigkeiten sich zeigen, wie z. B. daß IV 1, 1 und 2, sowie XII 3, 1 und 2 alleinstehende Weisen haben. Verfasser ist Philippus de Grevia.

185.

1. Partus semiferos

Lunas concurrere,  
Nobis non superos  
Curam impendere,  
Sed solum inferos  
Velle disponere,  
Non miror miseros  
Velle sic vivere.

2. Reddit prosperitas

Solemne vitium,  
Exspirat probitas  
Virtutis pretium,  
Gaudet antiquitas,  
Cum Bruto Laelium  
Ad res sollicitas  
Habere socium.

3. Prostat iudicium,  
 Alget iustitia,  
 Sibi dominium  
 Usurpant vitia,  
 Videntur omnium  
 Ex factis paria,  
 Virtus et vitium  
 Cum sint contraria.  
 R<sup>o</sup> Tantalizant singuli  
 Singulorum singula,  
 Ignorantes aemuli,  
 Quid sit virtus aemula.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**186.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Pange melos lacrimosum,<br/>         Lacrimans elegia,<br/>         Tempus venit planctuosum,<br/>         Tempus fraudans gaudia,<br/>         Ad eclipsim nox moeroris<br/>         Obliquat spectacula,<br/>         Regnet dolor, nam doloris<br/>         Causa stat in specula.</p> | <p>3. Omnis tellus admiretur<br/>         Triste nubis pallium,<br/>         Sed sub nocte lamentetur<br/>         Rheni supercilium,<br/>         Omnis virtus fundat fletus,<br/>         Pallas ploret Nestorem,<br/>         Vatem plangat vatum coetus,<br/>         Lugeat Mars Hectorem.</p>     |
| <p>2. Rheni sidus in occasus<br/>         Latium praecipitat,<br/>         Stella cadit, stellae casus<br/>         Terras umbra limitat,<br/>         Latet vere Latialis<br/>         Plaga timens oculum,<br/>         Nox est culpae socialis,<br/>         Crimen quaerit angulum.</p>     | <p>4. O quam probans argumentum,<br/>         Quae sit mundi falsitas,<br/>         Quid sit mundus, per eventum<br/>         Syllogizat veritas,<br/>         Joculatur in jacturis<br/>         Constans inconstantia,<br/>         Mors tremendi princeps juris<br/>         Regnat sine gratia.</p> |

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — B hat nur Str. 1 und 2. — 1, 8 Cauta stat A. — 2, 1 Rea sidus A. — 2, 4 umbra fehlt C. — 2, 5 glacialis A, satialis C. — 2, 8 fehlt B. — 3, 3 lanietur C. — 3, 6 plorat AC. — 3, 8 Luget et Mars C. — Cfr. Milchsack 184 sq. — A hat die Aufschrift: Planctus cujusdam.

**187.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Nobilitas animi<br/>         Sola est et unica,<br/>         Virtus dolet opprimi,<br/>         Fuit, fuit publica,<br/>         Modo sola relinquitur,<br/>         Sub tributo redigitur.<br/>         Sedens gemit se conteri,<br/>         Se desolatam deseri,<br/>         Et gemitus<br/>         Ejus non est absconditus.</p> | <p>2. Pro dolor, proditio,<br/>         Summa radix criminum,<br/>         Prodit in hoc proelio<br/>         Vultum gerens geminum,<br/>         Simulatrix justitiae<br/>         Prima videt facie.<br/>         Fovere quam non opere,<br/>         Sed verbo curat colere,<br/>         Officio<br/>         Cum suis servat vitio.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**188.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. In mundo degentium<br/>         Multi sunt errores,<br/>         Multiplex afflictio<br/>         Et corrupti mores,<br/>         Matrum parientium<br/>         Varii dolores,<br/>         Nutrices tolerant<br/>         fortuna urgente dolores.</p> <p>2. Proniores hominum<br/>         Sunt ad mala mentes,<br/>         Quas divellunt undique<br/>         Peccatorum sentes,<br/>         Carnis petulantia,<br/>         Quos facit amentes,<br/>         Sentit adhuc proles,<br/>         quod commisere parentes.</p> | <p>3. Indulgentes plurimi<br/>         Cibo delicato,<br/>         Toto nisu serviunt<br/>         Ventri dilatato,<br/>         Vivunt sine regula<br/>         Ut pecus in prato,<br/>         Est quibus in solo<br/>         vivendi causa palato.</p> <p>4. Terrarum possessio,<br/>         sacci magnitudo,<br/>         Quibus visa fuerit<br/>         magna celsitudo,<br/>         Rerum sugunt copiam<br/>         De fortunae ludo,<br/>         Non missura cutem<br/>         plena cruore hirudo.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Campen.) 883. saec. 14/15.

**189.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Mundus eclipsim patitur<br/>         Decoris et honoris,<br/>         Flos castitatis labitur,<br/>         Laus exultat pudoris,<br/>         Nam fides evanuit,<br/>         Caritas et modestia.</p> <p>2. Benignitas non colitur<br/>         Est vana pax amoris,<br/>         Humilitasque spernitur,<br/>         Nec sunt verba dulcoris,<br/>         Sed coluntur rixae, fraudes,<br/>         Dolus ac molestia.</p> | <p>3. Ira militat cum<br/>         suis appendiciis,<br/>         Gula regnat nunc<br/>         potenter cum vitiis,<br/>         Jam virent et florent,<br/>         Odium, invidia.</p> <p>4. Non dormit avaritia,<br/>         Festinat acedia,<br/>         Lis, discordia,<br/>         Superbia<br/>         Stat in gloria,<br/>         Solemnizat luxuria.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

5. Sic inter mundi noxia  
Exspirant sine gratia,  
Nam mundana lubrica  
Plus placent quam coelestia.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19604. saec. 15.

**190.**

**De malis Monachis.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ego, mundi<br/>timens naufragium<br/>Et mundanis<br/>involvi fluctibus,<br/>Fugi tandem<br/>ad monasterium<br/>Quasi portum<br/>salutis omnibus;<br/>Heu Charybdis<br/>elapsus faucibus<br/>Et attractu<br/>vitato Syrtium,<br/>Modo timens<br/>majus exitium<br/>Circumfundor<br/>Scylleis canibus.</p> <p>2. Monachalem<br/>assumens habitum<br/>Evasisse<br/>putavi vitia,<br/>Sed, quod erat<br/>prius absconditum,<br/>Modo patet,<br/>fraus et malitia;<br/>Nisi Dei<br/>succurrat gratia,<br/>Factus ero<br/>tamquam vas perditum<br/>Et reversus<br/>canis ad vomitum,<br/>Sed retrorsum<br/>nulla vestigia.</p> | <p>3. Non hoc tamen<br/>dico, quod saeculi<br/>Sint amanda<br/>cuiquam flagitia<br/>Nec ad morem<br/>vivendum populi,<br/>Sed ubique<br/>pugna pro patria;<br/>In mundo<br/>sunt acrocerania,<br/>Et hic latet<br/>caverna reguli,<br/>Sed non fiunt<br/>Christi discipuli,<br/>Nisi crucis<br/>ferant supplicia.</p> <p>4. Religio<br/>fuit antiquitus<br/>Jejunium<br/>et contemplatio,<br/>Modo non sic,<br/>sed regnat ambitus,<br/>Fastus, livor,<br/>murmur, detractio,<br/>Hypocrisis<br/>et superstitio;<br/>Sed monachum<br/>non facit habitus<br/>Nec cervicis<br/>pronae circuitus,<br/>Sed caritas<br/>et conversatio.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

5. Haec est ficus  
 siccanda penitus,  
 Fructu carens  
 umbrosa folio,  
 Vere fundi  
 vasa interitus  
 Inceperunt  
 a sanctuario;  
 Naburzadan  
 jacet imperio  
 Hierusalem  
 eversa funditus,  
 Ergo tantum  
 dolor et gemitus  
 Restat bonis  
 et lamentatio.

Cod. Ebroicen. (ol. Liren.) 2. saec. 13. Mit Mel.

6. Non Ebrei,  
 dico, sed ebrii  
 Redierunt  
 ad ollas carnum,  
 Hos affligunt  
 item Aegyptii  
 Redactos ad  
 luti servitium;  
 Flora, Rachel,  
 noli solatium,  
 Quia tibi  
 jam non sunt filii,  
 Ceciderunt  
 in ore gladii  
 Sicut olim  
 per adulterium.

## 191.

### De Stabilitate.

1. Coelum non animum  
 Mutat stabilitas,  
 Firmans id optimum,  
 Quod mentis firmitas  
 Vovet cum animi  
 Tamen indicio,  
 Nam si turpissimi  
 Voti consilio  
 Vis scelus imprimi  
 Facto nefario,  
 Debet haec perimi  
 Facta promissio.

2. Non erat stabilis  
 Gradus, qui cecidit,  
 Pes ejus labilis  
 Domus, quae occidit;  
 Hinc tu considera,  
 Quid agi censeas,  
 Dum res est libera,  
 Hic sta, ne jaceas;  
 Prius delibera,  
 Quod factum subeas,  
 Ne die postera  
 Sero poeniteas.

3. Factum dimidium  
 Habet, qui coeperit,  
 Coeptum negotium  
 Si non omiserit,  
 Non tantum deditus  
 Circa principia,  
 Verum sollicitus  
 Pro finis gloria;  
 Nam rerum exitus  
 Librat industria,  
 Subit introitus  
 Praeceptis in curia.

4. Coronat militem  
 Finis, non proelium,  
 Dat hoc ancipitem  
 Metam, is bravium;  
 Iste quod tribuit,  
 Dictat stabilitas,  
 Istud quod metuit,  
 Inducit levitas;  
 Nam formam annuit  
 Mentis integritas,  
 Quam dari respuit  
 Vaga mobilitas.

5. Mutet cum Protheo  
 Figuram levitas,  
 Assumit ideo  
 Formas integritas,  
 Vultum constantia  
 Conservans intimum,  
 Alpha principia  
 Et O novissimum,  
 Flectens fit media  
 Dans finem optimum,  
 Mutans in varia  
 Coelum et animum.

Cod. Oxonien. Rawlinson C. 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — C (daraus Milchsack 223 sq.) hat nur die drei ersten Strophen; die Aufschrift giebt A. — Vgl. auch Carm. Bur. 46. D. — 1, 3 his optimum D. — 1, 5 Praebet cum D. — 1, 6 Tandem D, judicie C D. — 1, 7 Nam sic D. — 1, 9 Jam scelus D. — 3, 1 Coepti dimidium D. — 3, 5 Nec tantum D. — 3, 7 Nedum sollicitus A. — 4, 3 Dat hic D. — 4, 4 Metam id A, metam in D. — 4, 5 Istud quod D. — 4, 9 Dum formam D. — 5, 4 Formas sui cognitias D. — 5, 5 Vultu D. — 5, 10 Dat finem D.

## 192.

### De Vitiis Curialium.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Rimatus omnes curias,<br/>             Magnas, parvas et medias,<br/>             Episcopales, regias,<br/>             Curiarum incurias<br/>             Multiformes et varias<br/>             Dum video,<br/>             Irrideo,<br/>             Nec ideo,<br/>             A curiis abstineo,<br/>             Sed ipsas semper adeo<br/>             Rimatus omnes curias.</p>            | <p>3. Sublime tenent solium<br/>             Diplois adulantium,<br/>             Jugis scissura cordium,<br/>             Rancor, livor et odium,<br/>             Spes, ira, timor, gaudium<br/>             Et alia<br/>             Flagitia<br/>             Tam varia<br/>             Tamque detestabilia,<br/>             Et si quae sunt similia,<br/>             Sublime tenent solium.</p> |
| <p>2. In curiis sublimibus,<br/>             In ipsis curialibus<br/>             Non est locus virtutibus,<br/>             Omnes putrescunt sordibus,<br/>             Pusilli cum majoribus<br/>             In curia;<br/>             Malitia<br/>             Palatia<br/>             Obsidet tamquam propria,<br/>             Virtuti praesunt vitia<br/>             In curiis sublimibus.</p> | <p>4. Vitiis dudum deditus<br/>             Et curiis implicitus,<br/>             Dum curiarum aditus<br/>             Harumque graves exitus,<br/>             Et quod casus sit subitus<br/>             De medio,<br/>             Concipio,<br/>             Deficio,<br/>             Cognito quoque vitio<br/>             Vitium nec effugio<br/>             Vitiis dudum deditus.</p>         |

5. Ejectum te reperies  
 Forsan in die septies,  
 Ubi tamen tu nescies,  
 Nec, ut surgas, adjicies;  
 Nam omnes in te senties  
 Irruere  
 Cum pondere,  
 Qui prospere  
 Vitam ducis in vespere,  
 Jam lucis orto sidere,  
 Ejectum te reperies.

Cod. Londinen. Arundel. 201. saec. 13. add. saec. 13.

### 193.

#### De Ornamentis Ecclesiae.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Rex virtutum, cujus virtus<br/>             simul potest omnia,<br/>             Speciei domus suae<br/>             dividendo spolia<br/>             Rosas ponit rubicundas,<br/>             violas et lilia,<br/>             Ut diversis ornamentis<br/>             fulgeat ecclesia.</p> | <p>2. Inest quidem vis odoris,<br/>             liliis eximia,<br/>             Per quam carnis designatur<br/>             candor et munditia,<br/>             Rosae tamen gratiosa<br/>             redolent fragrantia,<br/>             Habent enim potiora<br/>             martyres commercia.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. — Die Aufschrift lautet in der Quelle: Ut diversis ornamentis fulgeat ecclesia; vgl. 1, 7 sq.

### 194.

#### De Dignitate Sacerdotum.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Sacerdotes Dei,<br/>             Deum benedicite,<br/>             Laudes ejus<br/>             ei digne solvite,<br/>             Laudate eum semper<br/>             oris, vocis studio.<br/>             In ortu diei<br/>             ad laudandum surgite,<br/>             Non ab ejus<br/>             laude requiescite,<br/>             Cantate Deo novum<br/>             carmen cum tripudio,</p> | <p>Huic soli jubilate<br/>             mentis cum laetitia,<br/>             Illi vos omnes inclinate,<br/>             a quo procedit gratia,<br/>             Eum exaltate<br/>             super sidera,<br/>             Die ac nocte narrate<br/>             ipsius mirabilia,<br/>             Nam incessanter,<br/>             sacerdotes Domini,<br/>             Cantate, jubilate<br/>             ejus sancto nomini.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

2. O vos sacerdotes,  
 Clara mundi lumina,  
 Universi  
 orbis sunt regimina  
 In potestate vestra,  
 terrena, coelestia.  
 Quantae et quales dotes,  
 gratiarum flumina  
 Vobis dantur,  
 dum coelorum agmina  
 Adsistunt, in altari,  
 impendunt obsequia.  
 Gens sancta, janitores  
 vos coelestis patriae,  
 Vos praelecti ab aeterno  
 dispensatores gratiae,  
 Angeli Dei,  
 largitores veniae,  
 Nulla resistit in inferno  
 vestrae clavis potentia;  
 O quam miranda  
 sacerdotum dignitas,  
 Quos exaltavit, confirmavit  
 summa deitas.

3. Qui coelorum regem  
 tractas tuis manibus,  
 Quem pro immundo  
 saepe libas scelere,  
 Qui sumis carnem Christi,  
 summa jungens infimis,  
 Observare legem  
 stude totis viribus,  
 A mortali  
 sis immunis vulnere,  
 Sis mundus, ne te mundus  
 suis damnet vitiis.

.....  
 .....  
 Dei sacerdos, universis  
 virtutis praebe speculum,  
 Ad plebis curam  
 dignum monstres oculum,  
 A te expulsis et extersis  
 cunctis te redde sedulum,  
 Nam si digne  
 tractas hoc mysterium,  
 Tunc gaudebis, possidebis  
 vitae praemium.

Cod. Monacen. (ol. Diessen.) 5539. saec. 14. — 1, 6 voce.

## 195.

Quales debent esse, qui volunt praeesse.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ut non ponam os in caelum,<br/>             In incertum mitto telum,<br/>             Qui protendunt Dei zelum<br/>             Post honoris apicem,<br/>             Legis servant corticem<br/>             Et colantes culicem<br/>             Glutiunt camelum.</p>    | <p>3. Qui subjectis praesidetis,<br/>             Non de levi judicetis,<br/>             Nam pensare vos debetis,<br/>             Illis esse similes,<br/>             Creaturas fragiles<br/>             Et ad lapsum faciles,<br/>             Licet modo stetis.</p>       |
| <p>2. Manus munda debet esse,<br/>             Quae mundanis vult praeesse,<br/>             Vobis istud est necesse,<br/>             Populum qui regitis,<br/>             Facite, quod dicitis,<br/>             Si vobis et subditis<br/>             Quaeritis prodesse.</p> | <p>4. Quibus sceptrum est suave,<br/>             Sibi dici quaerunt ave,<br/>             Alligantes onus grave<br/>             Hominum in humeris,<br/>             Bene quidem egeris,<br/>             Si, quae dicunt, feceris,<br/>             Sed quod agunt, cave.</p> |

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510 saec. 13. A. — Cant Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628 saec. 13. C. — 2, 1 Munda manus B. — 2, 2 mundandis A. — 2, 3 Istud vobis C. — Str. 2 steht an vierter Stelle C. — Str. 3 fehlt C; dies hat statt dessen folgende 3. Strophe:

Mentem tamen decimatis  
Et divinum ponderatis,  
Dum minora judicatis  
... ob gravia,  
Festucam in alia,  
Non trabem in propria  
Pupilla curatis.

Str. 4 fehlt B, steht an zweiter Stelle C. — Cfr. Milchsack 173. — Die Überschrift bietet A.

### In Laudem Praesulis.

#### 196.

- |                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Excuset, quae vim intulit,<br/>Virtutis praeminentia,<br/>Si qua laudator obtulit,<br/>Quae factis sunt imparia,<br/>Non enim mihi detulit<br/>Affectus mei copia,<br/>Cum me jactare compulit<br/>Contra torrentem brachia.</p>      | <p>4. Quem dignatur affectibus<br/>Tuto potitur litore,<br/>Nullis raptatur fluctibus<br/>Fune retentus ancorae,<br/>Beat amplis redditibus,<br/>Quos erexit de stercore,<br/>Et exsolvit laboribus<br/>Sortem cum multo foenore.</p>   |
| <p>2. Quae formae vitae congruit,<br/>Mores informat opera,<br/>Lingua subjectos instruit,<br/>Egentes pascit dextera,<br/>Quam sancta vox elicit,<br/>Aurem impregnat litera,<br/>Visus lasciva respuit,<br/>Mens contemplatur supera.</p> | <p>5. O si facta discerneres,<br/>Quorum metitur exitum,<br/>Non solum sibi crederes,<br/>Sed toti mundo genitum;<br/>Quo plus suum disquireret,<br/>Plus abundaret meritum,<br/>Fontem prius ebiberes,<br/>Quam inanires spiritum.</p> |
| <p>3. Mentis fugat a limine<br/>Fastus omnis rubiginem<br/>Et in poenae libramine<br/>Servat hunc juris ordinem,<br/>Quod dum pensat in homine<br/>Conditoris imaginem,<br/>Ex innata dulcedine<br/>Citra jus punit hominem.</p>            | <p>6. Quia nec metu frangitur,<br/>Nec favore, nec pretio,<br/>Cum soli sibi creditur<br/>Pastoris assignatio,<br/>Virtus, non genus quaeritur,<br/>Non census, sed religio,<br/>Nec ab eo praeficitur<br/>Nisi dignus officio.</p>     |

197.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ad honores et onera<br/>         Corde promptum et corpore<br/>         Praesulem, plebs, considera,<br/>         Virtutis septum robore;<br/>         Vitam ducens sobriam<br/>         Honestatis est speculum,<br/>         Miram cujus constantiam<br/>         Miretur omne saeculum,<br/>         Quem praeornatum moribus<br/>         Diligendum praeeligant<br/>         Pusilli cum majoribus,<br/>         Cum pauci gressus dirigant<br/>         Ad honores et onera.</p> | <p>2. Flos hic et forma praesulum<br/>         Membrum ad instar capitis,<br/>         Virgam gestans et baculum<br/>         Pie praefertur subditis,<br/>         Qui praelatus, non elatus<br/>         Se ministrum, non magistrum<br/>         Considerat,<br/>         Qui ut bonus sit patronus,<br/>         Plus prodesse quam praeesse<br/>         Desiderat,<br/>         Et sic quocunque graditur,<br/>         Agnum gradatim sequitur,<br/>         Flos hic et forma praesulum.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Tali tantoque praesule  
 Felix laetetur civitas,  
 Immo laetentur infulae,  
 Quarum per ipsum dignitas  
 Perseverat inconcussa,  
 Cleri nec non humilitas  
 Ad doctoris tanti jussa  
 Caput inclinet ferulae,  
 Manum et mentem porrigens,  
 Se felicem intelligens  
 Tali tantoque praesule.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 2, 11 sic quodocunque. — 3, 3 laetentur insulae. — Von einem anderen Liede zum Lobe eines Bischofes hat uns sowohl Laurentian. 29. 1 als Toletan. 33—23, als endlich Helmstadien. 628 und 1099 nur die erste Strophe aufbewahrt Dieselbe beginnt: Praesul nostri temporis, patriae praesidium. Cfr. Milch-sack 162; nach Vers 4 (vgl. ebenda) fehlt keine Zeile.

198.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Soli nitorem, aequori<br/>         Pugillum addo laticis,<br/>         Lymphis humorem, robori<br/>         Frondes adjungo silicis,<br/>         Dum praesuli,<br/>         Qui saeculi<br/>         Nostri noctem illuminat,<br/>         Claro virtutum sidere,<br/>         Subjungere<br/>         Laudis praesumo titulum.</p> | <p>2. Columbae simplicitas<br/>         Fel horret malitiae<br/>         Turturis et castitas<br/>         Foetorem luxuriae,<br/>         Et veritas immeritum<br/>         Mendacem odit spiritum,<br/>         Sic decertat cum vitiis<br/>         Virtus sibi contrariis,<br/>         Sed crimina<br/>         Majora ducunt agmina.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse des Stückes steht Benedicamus Domino, woraus sein liturgischer Gebrauch erhellt.

199.

Ad Confessionem Episcopi.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Nulli beneficium<br/> Justae poenitudinis<br/> Amputatur,<br/> Nulli majus vitium<br/> Quam ingratitude<br/> Imputatur.<br/> Ergo, praesul confitens,<br/> Esto vere poenitens,<br/> Quia nil confessio<br/> Lavet, cui contritio<br/> Denegatur.</p>                                                                                                           | <p>1b. Si confessus fueris,<br/> Ore fit confessio<br/> Ad salutem,<br/> Corde si contereris,<br/> Animi contritio<br/> Dat virtutem;<br/> Ut salutem habeas,<br/> Ut virtutem teneas,<br/> Relictis prioribus<br/> Tuam orna moribus<br/> Juventutem.</p>                                                                                          |
| <p>2a. Virtute, non sanguine<br/> Decet niti<br/> Sub honorum culmine,<br/> Corde miti<br/> Foveas innoxium,<br/> Reprime flagitium<br/> Superbi et impii,<br/> Supremi iudicii<br/> Memor juste iudica,<br/> Praedicans non claudica.</p>                                                                                                                             | <p>2b. Tuum sit contemnere<br/> Contemnentes<br/> Et fovere munere<br/> Nil habentes,<br/> Relevato debiles<br/> Et exaltes humiles,<br/> In te sit humilitas,<br/> Cui mixta sit gravitas,<br/> Ut lene corripias<br/> Et serene lenias.</p>                                                                                                       |
| <p>3a. Cui magis committitur,<br/> Ab eo plus exigitur.<br/> Quid Domino retribuistis<br/> Pro tot, quae tibi tribuit?<br/> Quid lac et lanam eruis<br/> Gregis, cujus constituit<br/> Te pastorem?<br/> Sed cave, ne cum venerit,<br/> Te districte tunc conterat<br/> Ut raptorem,<br/> Districtus iudex aderit,<br/> Nunc sustinens considerat<br/> Peccatorem.</p> | <p>3b. Cum subjectis ne par eas,<br/> Exempla mala caveas<br/> In subjectos transfundere,<br/> Nam quanto gradus altior,<br/> Cum graviore pondere<br/> Tanto labenti gravior<br/> Lapsus datur;<br/> Ne desperes, si criminis<br/> In latens praecipitium<br/> Pes labatur,<br/> Nam justae poenitudinis<br/> Nulli beneficium<br/> Amputatur.</p> |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 23. C. — Aus letzterem bei Milch-sack 182 sqq., aber in drei Lieder aufgelöst. Dafs wir es nur mit einem Liede zu thun haben, beweist der Umstand, dafs der Schluss des Ganzen mit dem Anfange des Liedes gleichlautend ist. — Die b-Strophen fehlen AB, die ungeraden finden sich auch Carm. Bur. p. 12 sq. — 3a, 5 Quod lac BC. — 3a, 11 Districtis B. — 3b, 12 Nulli fehlt C, zu ergänzen aus 1a, 1.

200.

De Admonitione Praelatorum.

1. Non te lusisse pudeat,  
Sed ludum non incidere,  
Et quae lusisti temere,  
Ad vitae frugem vertere,  
Magistra morum doceat  
Te ratio,  
Ut dignus pontificio  
Divini donum numinis  
Ad laudem Christi nominis  
Fungaris sacerdotio.
2. Sis pius, justus, sobrius,  
Prudens, pudicus, humilis,  
In lege Dei docilis  
Et non sis arbor sterilis,  
Tuo te regas aptius  
Officio,  
Ut pulso procul vitio  
Munderis labe criminis,  
In laudem mundae virginis  
Ministres in altario.
3. Non des ministris scelerum  
Non tua, sed ecclesiae,  
Sub pietatis specie  
Non abutaris impie  
Commisso tibi pauperum  
Suffragio,  
Nil a te ferat histrio  
Et tibi non allicias  
Infames amicitias  
De Christi patrimonio.
4. Ministros immunditiae  
A te repellas longius,  
Bonorum vitam fortius  
Pravus depravat socius  
Et afficit infamiae  
Dispendio,  
Sic trahitur praesumptio  
A convictu similium,  
Praelati vita vilium  
Vilescit contubernio.
5. Caute dispone domui,  
Pauca sed vera loquere,  
Verba confirmes opere,  
Quia non decet temere  
Os sacerdotis pollui  
Mendacio;  
Prudentium consilio  
Te frui non displiceat,  
Nec te sinistre moveat  
Salubris exhortatio.
6. Teneris, ut abstineas  
Ab omni mala specie,  
Sub freno temperantiae  
Magistra pudicitie  
Sobrietate floreas,  
Nec vario  
Vagoque desiderio  
Declines ad illecebras,  
Sed caecae mentis tenebras  
Purga virtutis radio.
7. Pius protector pauperum  
Omni petenti tribue,  
Malos potenter argue  
Manusque sacras ablue  
A sordidorum munerum  
Contagio,  
Nullus te palpet praemio,  
Quaesita gratis gratia  
Largire beneficia,  
Sed dignis beneficio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Die Hs. hat nur die erste Strophe des Liedes; die folgenden sind ergänzt aus Carm. Burana 10 u. f. B. — Die vier letzten Zeilen der zweiten Strophe stehen in B in der ersten Strophe, die entsprechenden Zeilen dieser in der zweiten Strophe. Es ist nicht zu erkennen, welche Stellung die richtige. Das Lied trägt so sehr das Gepräge des Kanzlers Philipp de Grevia, daß man an seine Autorschaft glauben möchte.

201.

Planctus Christi de malis praesulibus.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Quid ultra tibi facere,<br/>Vinea mea, potui?<br/>Quid potes mihi reddere,<br/>Qui pro te caedi, conspui<br/>Et crucifigi volui?<br/>Et tu pro tanto munere<br/>Baptismi fracto foedere<br/>Praesumis vice mutui<br/>Me rursus crucifigere<br/>Et habere hostem tui.</p>             | <p>4. Quid quod ipsa religio<br/>Crucem fert in angaria,<br/>Et cum datur occasio,<br/>Recurrit cum laetitia<br/>Ad pepones et alia<br/>Simulato negotio,<br/>A plangentis officio<br/>Redit ad saecularia,<br/>Qui derelicto pallio<br/>Fugerat ab Aegypto.</p>                              |
| <p>2. Existimasti temere<br/>Et me et mundo perfrui,<br/>Non possunt mihi vivere,<br/>Qui non sunt mundo mortui;<br/>At tu, quas sperni docui,<br/>Non cessas opes quaerere<br/>Relicto Christo paupere,<br/>Et quam signari volui<br/>Paupertatis caractere,<br/>Mundano vacas luxui.</p> | <p>5. Quasi non ministerium<br/>Creditum sit pastoribus,<br/>Sed regnum aut imperium,<br/>Nondum praecinctis renibus<br/>Vacuisque lampadibus<br/>Usurpant sacerdotium<br/>Pensantque lanae pretium<br/>Et non curant de ovibus,<br/>De quorum sanguis ovium<br/>Requirendus est manibus.</p> |
| <p>3. Verum a sanctuario<br/>Prodit illa malitia,<br/>Et a cleri contagio<br/>Monstra creantur omnia,<br/>Qui diffuit luxuria<br/>Turpique marcet otio,<br/>In apparatu regio<br/>Facitque mutatoria<br/>De meo patrimonio,<br/>Qui sto nudatus hostia.</p>                                | <p>6. Meum ire vicarium<br/>Meis deceret passibus,<br/>Meumque patrimonium<br/>Meis dari pauperibus,<br/>Non ignavis parentibus;<br/>At in ovile ovium<br/>Ingressi non per ostium,<br/>Sed vel vi vel muneribus,<br/>Quaesitis per flagitium<br/>Abutuntur honoribus.</p>                    |

202.

Lamentatio.

1. Quomodo sunt oculi  
Praelatorum obscurati,  
Stant in verbo Domini,  
Sed factio sunt ingrati,  
Non arguunt pro scelere,  
Sed vario pro vellere,  
Compellere  
Novis norunt moribus,  
Ipsique stant pro foribus  
Nec oves dant intrare.
2. Vae vobis, quid agitis,  
O metropolitani,  
Abbates, praepositi,  
Canonici, decani?  
Vos introistis atria  
Sion sub idolatria,  
Pro patria  
Contenditis in stadio,  
Sed non accepto bravio  
Lugebitis amare.
3. Vae vobis, qui vivitis  
De substantiis viduarum,  
Plebani mercenarii,  
Praedones animarum,  
Ut corvus in cadavere  
Spem ponitis in funere,  
Pro munere  
Sic dona datis mystica,  
Sub specie sophistica  
Nec vos pudet errare.
4. Heu, quod mensae Domini  
Offertur pro peccatis,  
Vos in hora prandii  
Pauperibus negatis;  
Nec nudus per vos tegitur,  
Nec vita vestra regitur,  
Ut legitur,  
Vos caeci caecos ducitis  
In foveamque caditis  
Utrique per hunc morem.
5. Heu, quod sponsa Domini  
Jam sic adulteratur,  
Et Adae costa pluribus  
Plebanis copulatur,  
In dote sunt ecclesiae,  
Heu, Babylonis filiae  
Quotidie,  
Nec pauperi quid dabitur,  
Nec mensae mica labitur  
Ob inopis clamorem.
6. O vos, mei complices,  
Qui terras pergyratis,  
Una mecum plangite  
Filios pravitatis,  
Qui vobis gratis nihil dant,  
Ut vita cito careant  
Et pereant,  
Largisque laus et gloria,  
Perennis sit memoria  
In saecula saeculorum.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. — Dies ist ein richtiges Vagantenlied; vgl. 6, 1 sq. — 6, 4 Super filios.

Contra eos, qui pastoralis officio male funguntur.

203.

1. Deduc, Sion, uberrimas  
Velut torrentem lacrimas,  
Nam qui pro tuis patribus  
Nati sunt tibi filii,  
Quorum dedisti manibus  
Tui sceptrum imperii,  
Fures et furum socii  
Turbato rerum ordine  
Abutuntur regimine  
Pastoralis officii.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2. Ad corpus infirmitas<br/>         Capitis descendit,<br/>         Singulosque gravitas<br/>         Artus apprehendit,<br/>         Refrigescit caritas<br/>         Nec jam se extendit<br/>         Ad amorem proximi,<br/>         Nam videmus opprimi<br/>         Pupillum a potente,<br/>         Nec est qui saluum faciat<br/>         Vel qui justum eripiat<br/>         Ab impio premente.</p> | <p>3. Vide, Deus ultionum,<br/>         Vide videns omnia,<br/>         Quod spelunca vispilonum<br/>         Facta est ecclesia,<br/>         Quod in templum Salomonis<br/>         Venit princeps Babylonis<br/>         Et excelsum sibi thronum<br/>         Posuit in medio;<br/>         Sed arrepto gladio<br/>         Scelus hoc ulciscere,<br/>         Veni, iudex gentium,<br/>         Cathedras vendentium<br/>         Columbas evertere.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurent. Pl. 29. 1. A. —  
 Cant. ms. Toletanum. saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 390 (33—23). B. —  
 Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — Cod. Guelfenbyteran.  
 Helmstadien. 1099. saec. 13. D. — 1, 1 Duce Sion A. — 2, 4 Aretus A. —  
 3, 3 vispellonum B; vespilonum C. — 3, 9 erecto gladio C. — Cfr. Milch-  
 sack 199 sq.; Carm. Bur. p. 11.

## 204.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Quo me vertam nescio,<br/>         Dum stricto iudicio<br/>         Praelatos circumfero,<br/>         Dum virtutes pondero<br/>         Patrum modernorum,<br/>         Tanta subit raritas,<br/>         Quod vix unum veritas<br/>         Probat meritum.</p>           | <p>4. En cedit in contrarium,<br/>         Nam sanguisugae filiae<br/>         Visus caecant sublimium,<br/>         Mentis captivant hodie,<br/>         Sunt eorum supplicium<br/>         Cura, metus, vigiliae<br/>         Praeter laborum taedium<br/>         Et vermes conscientiae.</p> |
| <p>2. In praelatos refluit,<br/>         Quod a Roma defluit,<br/>         Romanis adscribitur,<br/>         Quod Romae connascitur<br/>         In eis natura,<br/>         Notum est de singulis,<br/>         Quod mens est in oculis<br/>         Et in quaestu cura.</p>     | <p>5. Terrae, maris, aeris<br/>         Cum metus evaseris<br/>         Et re salva fueris<br/>         Ereptis angustiis,<br/>         Ex quo Romam veneris,<br/>         Nisi te nudaveris,<br/>         Vix absolvi poteris<br/>         Curiae naufragiis.</p>                               |
| <p>3. O si Roma respiceret<br/>         Patrum suorum merita,<br/>         Salubrius disponderet<br/>         Talenta sibi credita,<br/>         Humilitatem coleret<br/>         Nube fastus deposita,<br/>         Nec spe lucri recederet<br/>         A veritatis semita.</p> | <p>6. Simon cubat januis,<br/>         Spem praecidens vacuis,<br/>         Simon in assiduis<br/>         Laborat contractibus,<br/>         Argus circa loculos<br/>         Centum gyrat oculos,<br/>         Briareus sacculos<br/>         Centum tollit manibus.</p>                       |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

205.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Quia venit Dei donum,<br/>         Jam spelunca fit latronum<br/>         Christi tabernaculum,<br/>         Jam caverna praesulum<br/>         Profert inde oculum,<br/>         Ac si deus ultionum<br/>         Sit pro malo reddens bonum.</p> <p>2. Praesunt fures, non pastores,<br/>         Qui corrumpunt cleri mores,<br/>         Clericorum gloria<br/>         Stat in rerum copia,<br/>         Turpis lucri gratia<br/>         Sunt honoris contemptores,<br/>         Ut ascendant ad honores.</p> | <p>3. Dum conformat se praelatis<br/>         Clerus, mundo, paupertatis<br/>         Deditur meritum,<br/>         Diffinit ad libitum,<br/>         Vertitur in habitum<br/>         Sequi motum voluntatis,<br/>         Gloriari de peccatis.</p> <p>4. Comparati sunt jumentis,<br/>         Cum vox clamet nos docentis:<br/>         Mors in olla carnum,<br/>         Mors in luxu vestium,<br/>         Mors in lapsu plebium,<br/>         Jure vitae morientis<br/>         Mortis vivunt in tormentis.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. — Die Hs. hat als Überschrift: De praelatis officium suum minus bene prosequentibus.

206.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Mundus, a munditia<br/>         Dictus per contraria,<br/>         Sordet immunditia<br/>         Criminum,<br/>         Crescit in malitia,<br/>         Culpa nescit terminum.</p> <p>2. Omnis immunditiae<br/>         Clerus fons est hodie,<br/>         Capita malitiae<br/>         Praesules,<br/>         Nec tot pestis variae<br/>         Monstra vidit Hercules.</p> <p>3. Sordium spurcitia<br/>         Currit ad declivia,<br/>         Praesulum flagitia<br/>         Plangite,<br/>         Quia fluunt vitia<br/>         Ad membra de capite.</p> <p>4. Ubi nunc justitia,<br/>         Ubi sanctimonia?<br/>         Perit in astutia<br/>         Veritas,<br/>         Duplex est malitia<br/>         Simulata aequitas.</p> | <p>5. Sola simulatio<br/>         Gaudet privilegio,<br/>         Simultatis bivio<br/>         Currite,<br/>         Fictionis studio<br/>         Praealent hypocritae.</p> <p>6. Nunc prece, nunc pretio,<br/>         Nunc vi fit intrusio,<br/>         Divitum conditio<br/>         Potior,<br/>         Praeminet officio<br/>         Ditiore, non digniore.</p> <p>7. Caeca fit provisio,<br/>         Caeci sedent solio,<br/>         Ut caecorum regio<br/>         Francia,<br/>         Habitu privato<br/>         Praestat in ecclesia.</p> <p>8. Nihil prodest mathesis,<br/>         Nil logos, nil poesis,<br/>         Aurum plus quam fronesis<br/>         Ponderat,<br/>         Nisi trahat Lachesis,<br/>         Clotho frustra ponderat.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

9. Simoniae laqueum,  
 Spoliorum puteum,  
 Falsitatis Proteum  
 Fugite  
 Nec talentum plumbeum  
 Auro plus appendite.

Cod. Londinen. Egerton saec. 274. saec. 13. A. — Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven) 8433. saec. 13. B. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurent. Pl. 29. 1. C. — B hat andere Strophenfolge, nämlich 1. 3. 2. 8. 5. 9. 4. 6. 7; C hat nur Str. 1. — 2, 3 militiae A. — 8, 5 Clotho parum properat B. — A führt das Gedicht unter den Dictamina des Philippus de Grevia auf, und B fol. 13b schreibt: Unde Philippus, cancellarius Parisiensis, in prosa, quam fecit: „Mundus a munditia dictus per contraria“ etc. Cfr. Hauréau, *Notices et Extraits* I, 369.

## 207.

1. Licet aeger cum aegrotis,  
 Et ignotus cum ignotis,  
 Fungar tamen vice cotis,  
 Jus usurpans sacerdotis.  
 Flete, Sion filiae,  
 Praesides ecclesiae  
 Imitantur hodie  
 Christum a remotis.
2. Jacet ordo clericalis  
 In respectu laicalis,  
 Sponsa Christi fit mercales,  
 Generosa generalis,  
 Vencunt altaria,  
 Venit eucharistia,  
 Cum sit nugatoria  
 Gratia venalis.
3. Donum Dei non donatur,  
 Nisi gratis conferatur;  
 Nam qui vendit vel mercatur,  
 Lepa Syri vulneratur;  
 Quem sic ambit ambitus,  
 Idolorum servitus,  
 Templo sancti spiritus  
 Non compaginatur.
4. Si quis tenet hunc tenorem,  
 Frustra dicit se pastorem  
 Nec se regit ut rectorem  
 Renum mersus in ardorem;  
 Haec est enim alia  
 Sanguisugae filia,  
 Quam venalis curia  
 Duxit in uxorem.
5. In diebus juventutis  
 Timent annos senectutis,  
 Ne ut forma destitutis  
 Desit eis splendor cutis,  
 Et dum quaerunt medium,  
 Vergunt in contrarium,  
 Fallit enim vitium  
 Specie virtutis.
6. Ut jam loquar inamoenum,  
 Sanctum chrisma datur venum,  
 Juvenantur corda senum  
 Nec refrenant motus renum,  
 Senes et decrepiti  
 Quasi modo geniti  
 Nectaris illiciti  
 Hauriunt venenum.
7. Vos, praelati venerati  
 Et quam digne sublimati,  
 Si non portatis, heu, gratis  
 Nomen frustra sanctitatis,  
 Dicitis, non facitis,  
 Gregi normam enormitis,  
 Scandala porigitis,  
 Fontem perturbatis.
8. Et quod placet, si non vacet,  
 Actitare non timetis,  
 Militari condonari  
 Rem communem non negatis;  
 Quare non perpenditis,  
 Quod de rebus creditis  
 Rationem Domino  
 Ponere debetis?

9. Vel si Deum non timetis,  
Cujus vice praesidetis,  
Saltem tamen perpendatis,  
Quia Christum detrectatis,  
Qui se ipsum praebuit  
Formam et exhibuit,  
Quem dum vos confunditis,  
Confundi non timetis.

Cod. Zwethalen. 49. saec. 12. add. saec. 12. A. — Carmina Burana p. 41 sq. B. — B hat zwei Strophen (2 und 8), welche A fehlen; dagegen hat A drei Strophen (7, 8, 9), welche A unbekannt sind. — 3, 5 Quam A. — 3, 7 Templum A. — 5, 3 Nec A. — 5, 8 Species A. — 9, 2 vicem A.

## 208.

### I.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Fontis in rivulum<br/>Sapor ut defluit,<br/>Odor ut vasculum<br/>Infusus imbuat,<br/>Sic vita populum<br/>Regentis instruit,<br/>Sic testa figulum<br/>Probat vel arguit.</p> <p>2. Doctor abutitur<br/>Doctrinae regula,<br/>Cujus inficitur<br/>Subjectus macula,<br/>Defectu mergitur<br/>Nautae navicula,<br/>Dum caput patitur<br/>Et membra singula.</p> <p>3. Omnis ambitio,<br/>Radix malitiae,<br/>Manat ex vitio<br/>Romanae curiae,<br/>Quo privilegio<br/>Nituntur hodie<br/>Matris contagio<br/>Corruptae filiae.</p> | <p>4. Praelati munera<br/>Praeponunt meritis,<br/>Opes, non opera<br/>Pensant in subditis,<br/>Judae vox libera<br/>Clamat in compitis,<br/>Honores dextera<br/>Dispensat divitis.</p> <p>5. A recto claudicant<br/>Trium adspectibus:<br/>Vel sancta publicant<br/>Emptorum manibus,<br/>Vel ea vendicant<br/>Suis nepotibus,<br/>Vel, quibus supplicant,<br/>Cedunt principibus.</p> <p>6. Gemmarum hauriunt<br/>Fulgores oculis,<br/>Aures emollunt<br/>Lyris et fistulis,<br/>Electis condiunt<br/>Palatum ferculis,<br/>Tactum decipiunt<br/>Blandis obstaculis.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

### II.

- |                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>7. O qui cuncta prospicis,<br/>Punies in clericis<br/>Adipem superbiae,<br/>Quos nec terror judicis<br/>Nec legis aut gratiae<br/>Cohibent mandata.</p> | <p>8. De sudore pauperis<br/>Ornant equos phaleris<br/>Et se veste varia,<br/>Diffuentes prosperis<br/>Sui luxus gloria<br/>Praedicant peccata.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

9. Ha, cum iudex venerit  
Et cum ventilaverit  
Triticum in area,  
Fructum qui non fecerit,  
De cultoris vinea  
Palmes excidetur.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian Pl. 29. 1.

10. Cicatrices vulnorum  
Christi, clamor pauperum,  
Sordes, quas non tersimus,  
Accusabunt operum,  
Primus et novissimus  
Quadrans exquiretur.

### 209.

1. Heu, quo progreditur  
praevaricatio,  
Virtus subtrahitur  
A sanctuario,  
Jam novo traditur  
Christus praetorio,  
Cum Petrus utitur  
Pilati gladio.

2. In loco praesulum  
Pilant consules,  
Cum facta consulum  
Usurpent praesules,  
Adorant vitulum,  
Proscribunt exsules,  
Propinant poculum,  
Quo, Christe, procul es.

3. In pontificibus  
Regnant carnifices,  
In carnificibus  
Insunt pontifices,  
Cum sacerdotibus  
Depilant vertices,  
Et in abbatibus  
Abbatant simplices.

4. Cum Christi tunica  
Partita scinditur,  
Ovis dominica  
Lupis exponitur,  
Et apostolica  
Navis subvertitur,  
Immo piratica  
Puppis efficitur.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510 saec. 13. A. Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — B hat nur die zwei ersten Str. — 2, 1 In locis B. — A überschreibt das Lied: De pontificibus officium suum usurpantibus.

### 210.

1. Vehemens indignatio  
Pacem perturbat spiritus,  
Bilem ciet religio,  
Quam simultas et ambitus  
Sic decolorant hodie,  
Quod fidei doctores  
Impudenter ecclesiae  
Deglutiunt honores.

2. Alterno profectui  
Student vice mutui,  
Vel favore divitum  
Non discernunt meritum  
Nec est gratis datum,  
Quod affectum distrahit  
Et ex dantis contrahit  
Vitio reatum.

3. Explorant sedulo,  
Quis praesul titulo  
Majori gaudeat,  
Cui mors immineat  
Morbo vel senio,  
Ut e vestigio  
Illi succedere  
Sumopere laborent.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian Pl. 29. 1.

211.

1. Vae mundo a scandalis,  
Vae nobis, ut acephalis  
Quorum libertas teritur,  
Romae dormitat oculus,  
Cum sacerdos ut populus  
Jugo servili premitur.
2. Hic tollit fiscus hodie,  
Suae Christus ecclesiae  
Quae crucis emit pretio,  
Nullis terretur casibus,  
Cujus cubat in foribus  
Ultor exserto gladio.
3. Vae, quorum votis alitur  
Et pinguescit exactio,  
A quibus nulli parcitur,  
Ut suo parcant proprio!  
Sed in eos revertitur  
Sua tandem proditio,  
Et fraus in se colliditur  
Justo Dei judicio.
4. Vae, qui gregi deficiunt  
Tempestatis articulo,  
Qui lupum non rejiciunt  
Latratu sive baculo,  
Nec pensant, nec respiciunt,  
Sub cujus peccant oculo,  
Et animas subjiciunt  
Graviorum periculo!
5. Ha, quo se vertet vinea,  
Quae recondet in fovea  
Fructus suos colonus,  
Cum pari mente sitiant,  
Ut labores diripiant  
Hinc pater, hinc patronus?
6. Christus misertus vineae  
Suae mucronem lanceae  
In utrumque jam vibrat,  
Ferrum ad ictum acuit  
Neque dilatum minuit,  
Sed aggravat, dum librat.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — 1, 2 Vae vobis B. —  
B hat nur Str. 1. 3. 5. — Cfr. Milchsack 207.

212.

1. Trinae vocis tripudio  
Sonet concors discordia,  
Ut lingua, mens et actio  
Pari concordent gratia,  
Trium dulcore concio  
Inebrietur sobria.
- R<sup>o</sup> Praesens qui colit gaudium,  
Penset aeterni praemium,  
In eum conferat  
Studium,  
Facta qui ponderat  
Omnium.
2. Trahunt in praecipitia  
Qui nos tenentur regere,  
Si qua docent salubria,  
Pravo deformant opere,  
Frui gaudent potentia  
Honoris sine onere.
3. Onus, quod nobis alligant,  
Nolunt movere digito,  
Hinc est quod eos diligant,  
Qui palpant in abscondito,  
Hos a secretis abigant,  
Qui terrent vitae merito.
- R<sup>o</sup> Praesens qui colit gaudium,  
Penset aeterni praemium,  
In eum conferat  
Studium,  
Facta qui ponderat  
Omnium.
4. Culpa meretur gratiam,  
Quam demeretur meritum,  
Nam palponum fallaciam  
Plus captant aures divitum,  
Quam bonorum prudentiam,  
Qui dissuadent libitum.

5. Omne cor moerens hodie,  
Caput et omne languidum,  
Clerus campo licentiae  
Vagus ut vulgus sordidum,  
Semen legis et gratiae  
Solum condit in aridum.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — Str. 1 fehlt. A. — Str. 2 fehlt C. — R<sup>o</sup> fehlt A. — Str. 4 fehlt C. — Cfr. Milchsack 163.

### 213.

#### De Haeresiis.

- |                                                                                                        |                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Dogmatum falsas species<br>Profana novitate<br>Vulpes Samsonis gannunt<br>Deserta veritate.         | 2. Sub praetextu decipiunt<br>Virtutis simulatae<br>Quarum diversae facies<br>Sed caudae colligatae. |
| 3. Tui status excidium<br>Sion, flere non cesses,<br>Ignis in caudis vulpium<br>Tuas combussit messes. |                                                                                                      |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

### 214.

#### De Malo Pecuniae.

- |                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Si mundus viveret<br>mundus pecunia,<br>Regnaret inter nos<br>pax et concordia,<br>Sed cum debilitet<br>nos avaritia,<br>Plantat et inserit<br>lites et odia<br>Duce discordia.            | 3. Dantur officia<br>bursae consilio,<br>Fit jam de moribus<br>suprema quaestio,<br>Dicetur omnibus:<br>qui caret pretio,<br>Amen dico vobis,<br>quia vos nescio<br>Nec tales audio.                 |
| 2. Quid scire expedit<br>nova et vetera,<br>Nummus dat quaelibet,<br>mollit et aspera,<br>Nemo vane rogat,<br>qui tendit munera,<br>Preces sunt vacuae<br>vacua dextera,<br>Nil juvat litera. | 4. Proh dolor, artium<br>doctrina spernitur,<br>Quae praestant redditus,<br>bursis intenditur,<br>Cui res tenuis,<br>nemo diligitur,<br>In usu nimis est<br>illud, quod legitur:<br>Habenti dabitur, |

5. Nemo tam deneger,  
 tam detestabilis,  
 Qui non sit gratia  
 nummorum habilis,  
 Qui plus habet, plus est  
 doctus, amabilis,  
 Ridentur inopes,  
 etiam nobilis  
 Pauper jacet vilis.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23) C. — 1, 5 cum praecipitet B. — 2, 1 scire proderit B. — 4, 4 bursas A. — 4, 8 sq. umgestellt A. — C hat nur eine (die erste) Strophe. — A überschreibt das Lied: De effectu mundanae peccuniae.

Quod jus venale sit.

## 215.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Omni paene curiae<br/>         Praesident in curii,<br/>         Penes quos justitiae<br/>         Tenor et iudicii,<br/>         Pios ligant impie,<br/>         Sed solvuntur impii,<br/>         Nec dant locum veniae<br/>         Nisi sorte praemii.</p> | <p>2. Sedent in insidiis,<br/>         Pauperem ut raptant,<br/>         A tribus angariis<br/>         Seminudos spoliant,<br/>         Sed referti spoliis<br/>         Precem magis inbiant,<br/>         Hydrosis in mediis<br/>         Sitim rebus ampliant.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Hodie jus emitur  
 Magno quidem pretio,  
 Judici tribuitur  
 Totique collegio,  
 Tamen haud perficitur  
 Jus sine dispendio,  
 Nisi rursus sequitur  
 Muneris oblatio.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Oxonien. Rawlinson C. 510. saec. 13. B. — 3, 5 proficitur B.

216.

1. O curas hominum,  
Quas curat curia,  
O quorum studia  
Non habent terminum,  
Tantum si fidem  
Incurreret,  
Desereret  
Pylades Atridem,  
Alter enim Theseus  
Suum fastidit Thesea,  
Ubi regnat Protheus  
Et fati ludit alea.
2. Ab aula principis,  
Si nihil habeas,  
Oportet abeas,  
Spem vanam concipis,  
Tenuis fortuna,  
Omnimoda  
Ad commoda  
Hominum mens una;  
A quo nihil emungitur,  
Opus perdit et operam,  
Quod habenti dabitur,  
Tenent omnes ad literam.
3. In lucrum vertitur  
Censurae levitas,  
Fracta securitas  
Danti remittitur,  
Explicas decreta  
Ad libitum,  
Si sonitum  
Dederit moneta;  
Plenis aere sacculis  
Rei poena minuitur,  
Locum dic a loculis  
Unde, locus si quaeritur.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

De Simonia.

217.

1. Frigesciente caritatis  
In terris igniculo  
Universae vanitatis  
Fons inundat saeculo,  
Brevi sub articulo  
Audiatur vastitatis  
Gemitus in populo.
2. Ecce, florent venditores  
Spiritalis gratiae,  
Antichristi praecursores,  
Pastores ecclesiae,  
Fures eucharistiae,  
Novi Judae successores  
Christum vendunt hodie.
3. Martha foris occupatur  
Quaerens lucri gratiam,  
Soror Marthae contemplatur  
Nummos et pecuniam,  
Igitur ad perfidiam  
Aurum Christi occultatur,  
Versum est in scorium.
4. Hoc sancivit mos Romanus,  
Hoc decretum legitur,  
Quod sit praesul vel decanus  
Hic, a quo plus dabitur,  
Unde recte dicitur:  
Roma quasi rodens manus,  
Per quam mundus roditur.

- |                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                         |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5. Leges silent, jura tacent<br/>         Nullo fulta stipite,<br/>         Luxus et rapina placent<br/>         In hoc mundi tramite,<br/>         Errat plebs cum milite,<br/>         Lapidesque sancti jacent<br/>         In via cum capite.</p> | <p>6. Novitas signata mire<br/>         Est in causa Romuli,<br/>         Si vis recte definire<br/>         Circulum quadranguli<br/>         Ratione calculi,<br/>         Romae potes invenire<br/>         Quadraturam circuli.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
7. Bursa quadrans est figura,  
 Circulus denarii,  
 Quem dum bursat bursatura,  
 Signum est indicii,  
 Quod patres et filii  
 Solidantur hac usura  
 In fermento veteri.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. — 4, 3 Si sit praesul. — 4, 4 His a quo. — 6, 1 Novitas sig mire.

## 218.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Qui seminant in loculis<br/>         Per dandi frequens mutuum,<br/>         Redituum<br/>         Gaudebunt de manipulis,<br/>         Nummus nunquam examinat,<br/>         Quos ordinat,<br/>         Non enim servit numini,<br/>         Sed homini,<br/>         Nummus claudit et aperit,<br/>         Et quod non seminaverit,<br/>         Metit in agro Domini.</p> | <p>2. Beati, qui esuriunt<br/>         Et arcesso Simone<br/>         Pro mamnone<br/>         Quaestum, praebendas rapiunt,<br/>         Qui dat, est potens omnium<br/>         Per medium,<br/>         Et quia mundus eligit,<br/>         Qui porrigit,<br/>         Cur exlamare dubitem<br/>         Super plenum et divitem:<br/>         Beatus, qui intelligit.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

## 219.

### Diogenis cum Aristippo Dialogus.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Aristippe, quamvis sero,<br/>         Tuo tamen tandem quaero<br/>         Frui consilio.<br/>         Quid Romae faciam?<br/>         Mentiri nescio,<br/>         Potentum gratiam<br/>         Dat adulatio.<br/>         Si mordaci nitar vero,<br/>         Verri carus nunquam ero,<br/>         Meretur histrio<br/>         Virtutis praemium,<br/>         Dum palpat vitium<br/>         Dulci mendacio.</p> | <p>1b. Diogenes, quid intendas?<br/>         Vis honores, vis praebendas?<br/>         Id prius explices.<br/>         Praesunt ecclesiis<br/>         Hi, quibus displices,<br/>         Nisi te vitiis<br/>         Ipsorum implices;<br/>         Carus eris, si comendas<br/>         In praelatis vitae mendas,<br/>         Culparum complices,<br/>         Ministros sceleris<br/>         Amant prae ceteris<br/>         Sacri pontifices.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

2a. Nec potentum didici  
 Vitiis applaudere,  
 Nec favorem quaerere  
 Corde loquens duplici;  
 Veritate simplici  
 Semper uti soleo,  
 Dare famam doleo  
 Cuiquam praeter merita  
 Nec impinguo capita  
 Peccatoris oleo.

3a. Ergo, sicut consulis,  
 Expedit, ut taceam  
 Blandiensve placeam  
 Mollibus auriculis  
 Potentium;  
 Quibus me vis sic placere,  
 Adulari vel tacere,  
 Nihil ponis medium,  
 Sicque, quasi faveam,  
 Alienae subeam  
 Culpae participium.

4a. Vade retro, Satana,  
 Tuas tolle fabulas,  
 Quidquid enim consulas,  
 Falsitatis organa,  
 Voces adulantium  
 Devoveo  
 Nulliusque foveo  
 Blandiundo vitium,  
 Sed palponis nomen cavi,  
 Cujus semper declinavi  
 Fraudis artificium.

2b. Ergo procul exsules,  
 Si mentiri dubitas,  
 Simplex enim veritas  
 Multos facit exsules;  
 Cole nostros praesules  
 Mollibus blanditiis  
 Nec insultans vitiis  
 Verbis hos exasperes,  
 Horum si desideres  
 Frui beneficiis.

3b. Culpae participio  
 Ne formides pollui,  
 Si potentum perfrui  
 Vis favore, vitio  
 Participes;  
 Gaudent a conjuncto pari  
 Suos sibi conformari  
 In Giezi participes,  
 In promissis Prothei  
 Et sequaces Orphei  
 Sacerdotum principes.

4b. Ergo vivas modicus  
 Et contentus modico,  
 Nil est opus Cynico;  
 Si vis esse cynicus,  
 Dicas vale curiis  
 Et abeas  
 Et nec te sic habeas,  
 Ut applaudas vitiis;  
 Cum perverso perverteris,  
 Si potentum gratus quaeris  
 Esse contuberniis.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Carm. Burana 65 sqq. B. — 1a, 9 Vere nunquam carus B. — 16, 3 His  
 prius A, id primum B. — 3b, 5 Potentum B. — 3b, 6 Gaudent a fehlt B,  
 convictu pari B. — 3b, 7 Debes tibi conformari B. — 3b, 8 In fehlt A;  
 Giezi zweisilbig, Jezi B. — 4b, 3 Simul esse.

## 220.

1. Omnes audiat,  
 Clerus cum praelatis,  
 Multum doleatis,  
 Legis in mandatis  
 Metam decimatis,  
 Quae majora sunt,  
 Minime servatis.

2. Allegatis ita,  
 Quod vagorum vita  
 Non sit via trita,  
 Plus vestra sopita  
 Jacet et attrita,  
 Pravis moribus  
 Nimis irretita.

3. Nos ex imperfecto,  
Sed vos in objecto  
Crimine detecto  
Tramite non recto  
Nostis de subjecto,  
Quid hic causae sit;  
Duo sunt in lecto.
4. Rebus in humanis  
Vani plaudunt vanis,  
Pontifex decanis,  
Decani plebanis  
De suis arcanis;  
Hoc est maximum,  
Quod non detur panis.
5. Nil distat a vero,  
Quod in omni clero  
Faex est mixta mero,  
Constantino Nero,  
Proh dolor, ut spero,  
Quod a vineam  
Omnes eant sero.
6. Quid praemeditaris,  
Quod tu confundaris,  
Qui de sacris aris  
Plus et plus lucraris,  
Reditus mercaris  
Et hydropico  
Semper coaequaris.
7. Turba laicalis,  
Quae pro suis malis  
Exstat hospitalis,  
Vagos nutrit alis,  
Ordo clericalis  
Elemosyna,  
Nescio, sit qualis.
8. Duo regnant idem,  
Jezi, Simon pridem,  
Qui fregerunt fidem,  
Tu vel ego si dem,  
Mucro ero quidem,  
Simoniacus  
Unus, alter idem.

9. Quid haec prodest fari!  
Nolunt emendari,  
Viles et avari  
Currunt passu pari,  
Jam vult naufragari  
Heu navicula  
Simonis in mari.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. — Nach 2, 2  
ein eigentliches Vagantenlied.

### De Pugna contra Luxuriam.

#### 221.

- 1a. Olim sudor Herculis  
Monstra late conterens,  
Pestes orbis auferens  
Clarior longe titulis  
Enituit,  
Sed tamen defloruit  
Fama prius celebris  
Caecis clausa latebris  
Ioles illecebris  
Alcide captivato.
- 1b. Hydra damno capitum  
Facta locupletior,  
Omni peste saevior  
Reddere sollicitum  
Non potuit,  
Quem puella domuit;  
Jugo cessit Veneris  
Vir, qui major superis  
Coelum tulit humeris  
Atlante fatigato.

2a. Caco tristis halitus  
 Et flammaram vomitus  
 Vel fuga Nesso duplici  
 Non profuit,  
 Geryon Hesperius  
 Janitorque Stygius  
 Uterque forma triplici  
 Non terruit,  
 Quem captum tenuit  
 Puella risu simplici.

3a. Anthei Lybici  
 Luctam sustinuit,  
 Casus sophistici  
 Fraudes cohibuit,  
 Cadere non vetuit  
 Sed quae sic explicuit  
 Luctae nodosos nexus,  
 Vincitur et vincitur,  
 Dum labitur  
 Magna Jovis soboles  
 Ad Ioles amplexus.

4a. Sed Alcide fortior  
 Aggredior  
 Pugnam contra Venerem,  
 Ut superem,  
 Hanc fugio,  
 In hoc enim proelio  
 Fugiendo fortius  
 Et melius  
 Pugnatur,  
 Sicque Venus vincitur,  
 Dum fugitur,  
 Fugatur.

2b. Jugo cessit tenero,  
 Somno qui letifero  
 Horti custodem divitis  
 Implicuit,  
 Frontis Acheloiae  
 Cornu dedit Copiae,  
 Apro, leone domitis  
 Enituit,  
 Thraces equos imbuit  
 Cruenti caede hospitis.

3b. Tantis floruerat  
 Virtutum titulis,  
 Quem blandis carcerat  
 Puella vinculis,  
 Dum lambit osculis,  
 Nectar huic labellulis  
 Venerium propinat;  
 Vir solutus otiiis  
 Veneriis  
 Laborum memoriam  
 Et gloriam inclinat.

4b. Dulces nodos Veneris  
 Et carceris  
 Blandi seras resero,  
 De cetero  
 Ad alia  
 Dum traducor studia.  
 O Lycori, valeas  
 Et noveas,  
 Quod novi,  
 Ab amore spiritum  
 Sollicitum  
 Removi.

R<sup>o</sup> Amor famae meritum  
 Deflorat,  
 Amans tempus perditum  
 Non plorat,  
 Sed tenere  
 Diffuere  
 Sub Venere  
 Laborat.

**222.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Vitam duxi<br/> jucundam sub amore,<br/> Plus libitum<br/> Quam licitum<br/> Attendens,<br/> Sed a vita<br/> resipisco priore,<br/> Plus studiis<br/> Quam seriis<br/> Contendens.<br/> Ut quae causa?<br/> compellor unica,<br/> Ne me fama<br/> suo privet favore,<br/> Dum sub vita<br/> vivo philargica.</p> | <p>2. Impendisse<br/> libet tempus amori,<br/> Ne nesciam,<br/> Cum cupiam<br/> Fugisse;<br/> Malis namque<br/> medela certiori<br/> Occurreris,<br/> Cum poteris<br/> Novisse.<br/> Ergo sciens,<br/> quid sit illicitum,<br/> Redeunti<br/> non concedam furori,<br/> Sed vitabo<br/> malum praecognitum.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Potest namque,  
ne damnemus amorem,  
Vel veniam  
Vel gratiam  
Mereri,  
Reddit enim  
amantem minorem  
Affabilem  
Et docilem  
Vereri,  
Quidquid turpe  
putat et amplius,  
Non nihil est,  
ne forte praeter morem  
Dum carpitur  
fructus Venereus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
3, 7 minorem amantem. — 3, 10 Veri Hs.

**223.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Qui sub Dione militas,<br/> Dic, quaeso, quae utilitas,<br/> Quis inde surgit fructus?<br/> Est fallax jucunditas,<br/> Quam et dierum paucitas<br/> Jugisque claudit luctus,<br/> Doloris in absynthium<br/> Commutans mel Venerium<br/> Virusque voluptatum<br/> Aeternum in supplicium<br/> Lenaeque lenocinium<br/> In poenae gravitatem.</p> | <p>2. Qui laboras sub Venere,<br/> Tuo discussus opere<br/> Finemque meditare,<br/> Ut valeas discernere,<br/> Quam sit amarum temere<br/> Amari vel amare.<br/> Fles, rides, salis, aestuas,<br/> Diffidis, speras, fluctuas,<br/> Mutabilis ignoras,<br/> Quid velis quidve renuas,<br/> Inter curas continuas<br/> Contendis et laboras.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Ad haec intendens cogita  
Quod ad radicem posita  
Sit arboris securis,  
Quod vitae brevis orbita,  
Quod mors incumbit subita  
Nocturni more furis,  
Et, dum licet, excutere  
De voluptatum pulvere,  
De jugo servitutis,  
Ut vitiorum pondere  
Calcato curras libere  
Ad bravium salutis.

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. II Asc. 95.

**224.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Qui servare puberem,<br>Vagam claudere<br>Studet, lavat laterem,<br>Litus colere<br>Tunc laborat,<br>Cum implorat<br>Vias viperæ;<br>Novit enim carcerem,<br>Vincla solvere<br>Foedus et characterem<br>Firmatum frangere,<br>Nova semper fallere,<br>Novo gaudet veterem<br>Amicum pellere. | 2. Sub columbae specie<br>Vulpes latuit,<br>In praedulci facie<br>Dolum texuit,<br>Linguam melle,<br>Mentem felle<br>Quae sic imbuit,<br>Arte quod perfidiae<br>Tua sorbuit<br>Haecce, sed pucuniae<br>Profectum doluit,<br>Cum spes luci defuit,<br>Munus reddit gratiae,<br>Cui magis debuit. |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Cujus vexat meritum  
Scorti stimulus,  
Salomonis exitum  
Penset sedulus,  
Praedicatur,  
Qui praedatur  
Famam, titulus,  
Quia scorto subditum  
Ridet populus,  
Tamquam sit vas perditum,  
Hic est funiculus,  
Qui suspendit spiritum,  
Hic praecedit tumulus  
Virentis obitum.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cod. Guelfenhyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. C. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Toletan. 930 (33–23). D. — CD haben nur eine Strophe. — 1, 12 Nata semper B. — 2, 9 Me ab sorbuit B. — 2, 10 nemo me sed . . . B. — 2, 11 tonuit B. — 2, 13 Minus solvit B. — 2, 14 Qui magis B. — 3, 5 Preditatus B. — 3, 6 Qui predatus B. — 3, 7 Famam titulum B. — 3, 9 Ridet proprium B. — Cfr. Milchsack 178 sq. — A überschreibt: De eo, qui lavat laterem.

## 225.

### Mundus ad luxuriam hortatur.

- |                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                      |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Veneris prosperis<br>Usa successibus<br>Turba, nascentibus<br>Floribus teneris<br>Exsequaris priscum morem,<br>Ad amorem<br>Accingaris sceleris<br>Praetermissis ceteris. | 3. Jupiter arbiter<br>Rerum instituit,<br>Nihil, dum libuit,<br>Fieri turpiter,<br>Sic edixit sicque votis<br>Usus totis<br>Suo vixit jugiter<br>Edicto conformiter. |
| 2. Solitum debitum<br>Reddite Veneri,<br>Juvenes teneri,<br>Laudes et meritum<br>Is enervat juventutis,<br>Qui virtutis<br>Formam servat, libitum<br>Pueris est licitum.     | 4. Vivere temere<br>Satagam igitur,<br>Qui Jovem sequitur,<br>Non agit temere,<br>Fixus telo voluptatis<br>Utar natis<br>Voluptatis sidere<br>Navigans sub Venere.   |

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. 29. 1. B. — B hat nur die erste Strophe. — Die Überschrift in A lautet: Prosa de lasciviis juventutis. — Dem Stücke fehlt entweder die zweite Hälfte, eine Abmahnung der Gnade enthaltend, oder wir haben es mit einer Stilübung zu thun, wie man sie z. B. in metrischen Traktaten des MA. nicht selten findet.

## 226.

### De Virtutibus Cardinalibus.

- |                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. A deserto veniens<br>Gravis ventus irruit,<br>Qui domum Job concutit,<br>Ut subversa jaceat,<br>Quatuor in angulis<br>Filios Job opprimit,<br>Verum tamen unicus<br>Puer pedem retulit,<br>Qui damnum Job nuntiat. | 2. Per desertum gradiens,<br>Quem devoret. circuit<br>Satan, qui nos incutit,<br>Ne mens lapsa percat<br>Victa suis aemulis,<br>Dum virtutes adimit,<br>Animi veridicus<br>Motus mentem consulit,<br>Ut hunc casum fugiat. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Palatium animae  
Suos habet angulos,  
Super quos erigitur  
Turris fortitudinis,  
Primum tenet angulum  
Prudentia vigilans,  
Fortitudo alterum,  
Justitia tertium,  
Quartum temperantia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurent. Pl. 29. 1. A. — Cod. Guelfenhyteran. Helmstadten. 628. saec. 13. B. — B hat nur 2 Strophen. — In den beiden ersten Strophen reimen die sich entsprechenden Zeilen. Da Nr. 3 keine Reime aufweist, ist zu vermuten, daß mindestens eine weitere Strophe verloren ist. — Cfr. Milchsack 205.

## 227.

### De Prole ingenua et adulterina.

1. Vide, quo fastu rumperis  
Ob parentum fastigium,  
Quantum famae pertuleris  
Et honoris dispendium,  
Cum certus nondum fueris,  
Quod sis proles nobilium,  
Alienum, quo niteris,  
Qua fronte facis proprium.
2. Ex corruptis arboribus  
Fructus sapes alterant,  
Maternis ex reatibus  
Haeredes sic degenerant,  
Hinc errant, qui nobilibus  
Natulares connumerant,  
Adulterinis moribus  
Qui matrum probra reserant.
3. O sterilis fecunditas,  
Inops natorum copia,  
Sua quos aequat pravitas  
Et parentum spurcitia,  
Quorum solet improbitas  
Hic jaculari turpia,  
Quae collegit infirmitas  
Ex turpi conscientia.
4. Quam felices ingenui,  
Vero producti germine,  
In quorum patres mortui  
Redivivunt imagine,  
Tam virtute conspicui,  
Quam generoso sanguine,  
Tamquam rivi melliflui  
Fontis fluunt dulcedine.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 4, 4 Lies Reviviscunt?

### De circumspectione in dandis muneribus.

## 228.

1. Debet se circumspicere  
Dator in dando munere,  
Quis, quid, cui det et qualiter,  
Ut cunctis liberaliter  
Fiat, sed modis variis,  
Plus istis, minus aliis,  
Pro meritorum pondere  
Sit aequus inaequaliter,  
In dandis beneficiis  
Nihil agens praepostere.
2. Quid juvat gutta minima  
Stillans de nube maxima?  
Si quis scintillam adjicit,  
Rogo quid, rogo, proficit?  
Nec obest, cum subtrahitur,  
Nec prodest cum adjicitur;  
Tua potestas maxima,  
Si promissa non perficit,  
Nihil egisse creditur,  
Sed primum probant ultima.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3. Accepta facit munera<br/>         Largitoris mens libera,<br/>         . . . . considerat<br/>         Ut gratum minus offerat,<br/>         Quod secus nequit fieri,<br/>         Nisi mens instet operi<br/>         Extra probante dextera,<br/>         Quod virtus intus generat,<br/>         Et ne mora sit oneri<br/>         Sibimet dicit: propera.</p> | <p>4. Grata venit celeritas,<br/>         Ubi dispensat largitas,<br/>         Quae circa beneficium<br/>         Mentis gerit indicium,<br/>         Cujus favorem praedicat,<br/>         Qui velle vultus indicat.<br/>         Has dandi servat semitas<br/>         Largitatis officium;<br/>         Qui secus agit claudicat,<br/>         Nec est in eo veritas.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — 1, 3 Quicquid B; cur det A. — 2, 7 potestas plurima. — 2, 8 proficit B. — Str. 3 fehlt A. — Str. 4 fehlt B. — Cfr. Milchsack 180 sq.

## 229.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Fas et nefas ambulant<br/>         fere passu pari,<br/>         Prodigus non redimit<br/>         vitium avari,<br/>         Virtus temperantia<br/>         quadam singulari<br/>         Debet medium<br/>         Ad utrumque vitium<br/>         Caute contemplari.</p> <p>2. Si legisse memoras<br/>         ethicam Catonis,<br/>         In qua scriptum legitur:<br/>         ambula cum bonis,<br/>         Cum ad dandi gloriam<br/>         animum disponis,<br/>         Supra cetera<br/>         Primum hoc considera,<br/>         Quis sit dignus donis.</p> | <p>3. Vultu licet hilari,<br/>         verbo licet blando,<br/>         Sis aequalis omnibus,<br/>         unum tamen mando:<br/>         Si vis recte gloriam<br/>         promereri dando,<br/>         Primum videas<br/>         Granum inter paleas,<br/>         Cui des et quando.</p> <p>4. Dare, non ut convenit,<br/>         Non est a virtute,<br/>         Bonum est secundum quid,<br/>         sed non absolute,<br/>         Digne dare poteris<br/>         et mereri tute<br/>         Famam muneris,<br/>         Si me prius noveris<br/>         Intus et in cute.</p> <p>5. Si prudenter triticum<br/>         paleis emundas,<br/>         Famam emis munere,<br/>         sed caveto, cum das,<br/>         Largitatis oleum<br/>         male ne effundas,<br/>         In te glorior,<br/>         Quia Codro codrior<br/>         Omnibus abundas.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Carmina Burana p. 2. B. — 1, 2 Passu fere B. — 2, 6 Assumi disponis A. — 2, 7 Intra cetera B. — Str. 3 u. 4 umgestellt B. — 4, 4 Et non absolute B. — 4, 5 Dare dignis poteris B. — 4, 7 munere A. — 5, 7 Mihi glorior A.

**230.**

**De Artium conditione.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Artium dignitas,<br/>         quae primum viguit,<br/>         Modernae vitio<br/>         doctrinae viluit,<br/>         Quae tot involucris<br/>         verborum diffluit,<br/>         Tot circuit,<br/>         Quod se destituit<br/>         Et nihil certum construit.</p> | <p>2. Qui nunc infantium<br/>         more balbutiunt<br/>         Et vulgi digito<br/>         monstrari cupiunt,<br/>         Colantes culicem<br/>         camelum glutunt,<br/>         Quae nesciunt<br/>         Vel quae non capiunt,<br/>         Blasphemant vel transsiliunt.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Tales concelebrat  
 praeconum copia,  
 Quibus innititur  
 doctrinae gloria,  
 Nec enim pretium  
 meretur propria  
 Scientia,  
 Nisi venalia  
 Mendicet per suffragia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. l. A. —  
 Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Cfr. Milchsack 173.

**Exhortatio ad bellum sacrum.**

**231.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Crucifigat omnes<br/>         Domini crux altera,<br/>         Nova Christi vulnera,<br/>         Arbor salutifera,<br/>         Perditum sepulchrum<br/>         Gens evertit exera<br/>         Violente,<br/>         Plena gente<br/>         Sola sedet civitas,<br/>         Agni foedus<br/>         Rapiit hoedus,<br/>         Florat oves perditas<br/>         Sponsa Sion, immolatur<br/>         Ananias, incurvatur<br/>         Cornu David, flagellatur<br/>         Mundus,<br/>         Ab injustis abdicatur,<br/>         Per quem juste judicatur<br/>         Mundus.</p> | <p>2. O quam dignos luctus,<br/>         Exsulat rex omnium,<br/>         Baculus fidelium<br/>         Sustinet opprobrium<br/>         Gentis infidelis,<br/>         Cedit parti gentium<br/>         Pars totalis<br/>         Jam regalis<br/>         In luto et latere<br/>         Et laborat,<br/>         Tellus plorat<br/>         Moysen fatiscere.<br/>         Homo, Dei miserere,<br/>         Fili, patris jus tuere,<br/>         In incerto certum quaere,<br/>         Ducis<br/>         Ducum dona promerere<br/>         Et lucrare lucem verae<br/>         Lucis.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Quisquis es signatus  
 Fidei caractere,  
 Fidem factis assere,  
 Rugientes contere  
 Catulos leonum,  
 Miserans intueri  
 Corde tristi  
 Damnum Christi,  
 Longus Cedar incola,  
 Surge, vide,  
 Ne de fide  
 Reproberis frivola,  
 Sudat martyr in agone  
 Spe mercedis et coronae,  
 Derelicta Babilone  
 Pugna  
 Pro coelesti regione,  
 Aqua vitae te compone  
 Pugna.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. l. B. — Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. C. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. D. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1099. saec. 13. E. — C hat nur die erste Strophe; D reiht an die erste Strophe zwei andere desselben Versmases, aber völlig verschiedenen Inhalts. Man sehe diese Strophen Anal. XX, 211. — Alle drei Strophen finden sich Carmina Burana S. 25; daselbst folgen zwei weitere Strophen, die ebenfalls ein ganz anderes Thema, wenn auch im gleichen Versmase, behandeln, weshalb bloß auf dieselben verwiesen sei. Die zweite dieser Strophen steht auch in dem Stuttgarter Troparium HB. I Asc. 95, wo derselben folgende Zeilen unmittelbar vorhergehen u. z. mit der Aufschrift: Conductum:

Olim fuit argumentum  
 Verbi signans indumentum  
 Nubes ferens adjumentum  
 Lucis et umbraculum.

## 232.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Homo, cur properas<br/>         Mori tam propere,<br/>         Cur non consideras,<br/>         Quid matris sidere?<br/>         Cur aufers tibi vivere,<br/>         Dum spreto crucis ubere<br/>         Tibi casus exasperas<br/>         Et quaeris lac in scelere?</p> | <p>2. Quid sperare relinquitur,<br/>         Vas totius miseriae?<br/>         Quid cruci retribuitur<br/>         Pro dato lacte gratiae?<br/>         Pro meritis immeritis<br/>         Solos rependis gemitus,<br/>         Non meruit, quod tribuit<br/>         Vox humanae caliginis,<br/>         Sed quaeritur<br/>         Indigno lac dulcedinis.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Emerge fluctibus,  
 Flos mundi, Gallia,  
 Ne flos in sordibus,  
 Quem crucis gloria  
 Dedit, vilescat turpiter,  
 Sic breviter,  
 Si peccas inscia,  
 Prima crucis insignia  
 Transfer extollens altius,  
 Rependis crucis debitum,  
 Rependas tibi gratius.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

**233.**

1. Nomen a solemnibus  
 traxit Solemniacum,  
 Solemnizent igitur  
 omnes praeter monachum,  
 Qui sibi virilia  
 reseccavit serra cum,  
 Hic illum excipimus  
 quasi daemoniacum,  
 Ipse solus lugeat  
 reus apud Aeacum.  
 Exsultemus et laetemur,  
 Canticum laetitiae,  
 Ac reddamus, quas debemus,  
 Laudes regi gloriae,  
 Qui salvavit urbem David  
 A paganis hodie.

R<sup>o</sup> Festum agitur,  
 Dies recolitur,  
 In qua Dagon frangitur  
 Et Amalec vincitur,  
 Natus Agar pellitur,  
 Jerusalem eripitur,  
 Christianis redditur,  
 Diem colamus igitur.

2. Haec urbs nobilissima  
 prima regem habuit,  
 In hac urbe maxima  
 Domino complacuit,  
 In hac propter hominem  
 crucifigi voluit,  
 Hic super apostolos  
 spiritus intonuit.

Urbs insignis, ad quam ignis  
 Venit annis singulis,  
 Quo monstratur, quod amatur  
 Omnibus in saeculis,  
 Honoranda, frequentanda  
 Regibus in populis.

R<sup>o</sup> Festum agitur,  
 Dies recolitur,  
 In qua Dagon frangitur  
 Et Amalec vincitur,  
 Natus Agar pellitur,  
 Jerusalem eripitur,  
 Christianis redditur,  
 Diem colamus igitur.

3. Urbs sacrata coelitus,  
 adamata superis,  
 Regis tabernaculum,  
 templum arcae foederis,  
 Hospitale pauperum  
 et asylum miseris,  
 Non timebis aliquid,  
 dum in ea manseris.

Tanta lucis claritate  
 Superatur sol et luna,  
 Tanta vicit sanctitate  
 Omnes urbes haec urbs una,  
 Non elegit frustra locum  
 Gebusaeus Areuna.

Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3549. saec. 12. A. — Cod. Parisin. (ol. Martialen.) 3719. saec. 12. B. — Str. 1 hat zwei Zeilen mehr als die entsprechenden Teile von Str. 2 und 3; ferner steht ihr Inhalt unerklärlicher Weise in keinerlei Zusammenhang mit dem Vorwurf des Liedes. Vgl. Carmina Burana S. 33 sq.

### De Excidio Hierosolymae.

#### 234.

- |                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Sede, Sion, in pulvere,<br/>             Caput adsperge cinere,<br/>             Induere cilicio,<br/>             Quo stetit spei firmitas,<br/>             Caret vexillo caritas<br/>             Et fides privilegio.</p>                 | <p>4. Forsan scrutator cordium<br/>             Generali iudicium<br/>             Particulare praetulit,<br/>             Spem multi fructus area<br/>             Multa dedit in palea,<br/>             Sed vix pauxillum retulit.</p>     |
| <p>2. Cordis potentes ferrei<br/>             Sic in vindictam fidei<br/>             Mentis et manus continent,<br/>             Quod urbem sanctam pollui,<br/>             Quod loca sancta conspui<br/>             Pari defectu sustinent.</p> | <p>5. Divinae nutu gratiae<br/>             Solus comes Campaniae<br/>             Spei favillam suscitavit,<br/>             Fidelis Sion filius<br/>             Velut alter Heraclius<br/>             Fide ferroque militat.</p>          |
| <p>3. Sion in sinu lamiae<br/>             Catulos lactant hodie,<br/>             Lapidem sanctuarii<br/>             Per plateas dejiciunt<br/>             Et labores diripiunt<br/>             Hebraeorum Aegyptii.</p>                        | <p>6. Certat aetati tenerae<br/>             Mentis robur imprimere,<br/>             Corpus indurant aspera,<br/>             Reges docet stirps regia,<br/>             Quod victrice constantia<br/>             Coronanda sunt opera.</p> |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Die Handschrift enthält über denselben Gegenstand noch ein anderes Lied, von dem indes nur eine Strophe vorhanden:

Venit Jesus in propria,  
 Quem sui non recipiunt,  
 In Dei patrimonium  
 Perversae gentes saeviant,  
 Diis alienis ostia  
 Salomonis aperiunt  
 Et saltare daemonia  
 Per templum Dei faciunt;  
 Sion, Judaeae gloria,  
 Fit pomorum custodia,  
 Ejus amici fugiunt,  
 Nec alieni veniunt  
 Ad sepulchri solemnia.

**235.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Quomodo cantabimus<br>Sub iniqua lege?<br>Oves, quid attendimus?<br>Lupus est in grege;<br>Decisis panniculis<br>Nostris offert oculis<br>Jesus inconsutilis<br>Tunicae scissuram,<br>Suam judex humilis<br>Sustinet pressuram.                                                                         | 2. Thalamus puerperae,<br>Thronus Salomonis<br>Pressus est caractere<br>Novae Babylonis,<br>Regalis ecclesia<br>Sedet in tristitia,<br>Rex custodit atrium<br>Ut fortis armatus,<br>Tendit in exsilium<br>Sanctorum senatus. |
| O quando discutiet<br>Speluncam latronum,<br>Quam tremendus veniet<br>Deus ultionum.                                                                                                                                                                                                                       | Hoc fornace purius<br>Aurum se purgabit,<br>Et confractus melius<br>Justus germinabit.                                                                                                                                       |
| 3. Ecce, sanctuarium<br>Nostrum profanatur,<br>Mariae praeseptum<br>Prave spoliatur,<br>Gloriosa Domina<br>Sua clausit limina<br>In Aegyptum fugiens<br>.....<br>In praesepe pariens<br>Nunc est denudata,<br><br>Monstrat Evae filiis<br>Mater salvatoris,<br>Quibus clamant labiis:<br>Alma redemptoris. |                                                                                                                                                                                                                              |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian Pl. 29. 1.

**236.**

- |                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Lugent Sion et Judaea,<br>Plangunt, quotquot sunt in ea,<br>Quod triumphat Idumaea<br>Et Aegyptus fert trophaea.<br><br>Amalech invaluit,<br>Hierusalem corruit,<br>Loca sancta polluit<br>Plebes Chananea. | 2. Infidelis gens et rea<br>Christi servis est Medaea,<br>Illos vendit in platea.<br>.....<br><br>Probitas evanuit,<br>Nostra virtus aruit,<br>Arcam Dei rapuit<br>Procax Philistaea. |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Plebs pagana debachatur,  
Legem Dei detestatur,  
Rachel tristis lamentatur,  
Eam nemo consolatur.

Christianus populus  
Mactatur ut vitulus,  
Virgo, senex, parvulus  
Ut bos immolatur.

Cod. Zwethalen. 262 saec. 12. add. saec. 12.

4. Pie Deus, cesset ira,  
Verberasti, jam respira,  
Si sit manus adhuc dira,  
Quis narrabit Christi mira?

Interfectis fratribus,  
Captivatis ducibus  
Pendent in salicibus  
Organum et lyra.

### 237.

#### De Bello sacro contra Albigenes.

1. Anni favor jubilaei  
Poenarum laxat debitum,  
Post peccatorum vomitum  
Et cessandi propositum  
Currant passim omnes rei,  
Pro mercede regnum Dei  
Levi patet expositum.

2. Stilla mellis totum Evae  
Dulcoravit absynthium,  
O poenarum compendium,  
O dulce purgatorium,  
Tantas poenas tempus breve  
Et extinctum lumen leve  
Reformat emunctorium.

3. Ad amplexus redi Christi,  
Fili tam diu prodige,  
Crucis vexillum erige  
Et Albigeos abige,  
Totum uno redemisti,  
Qui vix granum intulisti,  
Messem in grano collige.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

IV.

V A R I A E.

---



## 238.

### De clavo Christi.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Clavis clavo retunditur,<br/>         Dum peccatorum meritis<br/>         Christi clavis remittitur,<br/>         Amissum frustra quaeritis<br/>         Cum plactibus hypocritis,<br/>         Si pro culparum debitis<br/>         Mens, quasi clavis visitis,<br/>         Dolore non compungitur.</p> | <p>2. Clavis figens tentorium<br/>         Gallicanae militiae,<br/>         Tam regalis ecclesiae<br/>         Quam regni firmans solium,<br/>         Mystici damni specie<br/>         Signans prioris gloriae,<br/>         Prioris excellentiae<br/>         Dissolvendum fastigium.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Quid est, quod diu latuit  
 Et laticem exhibuit  
 Christus die parasceves?  
 Sic in die, qua doluit,  
 Te condolere monuit,  
 Amissum dum restituit,  
 Gaudio fletum miscuit,  
 Ut sic dolorem relevet.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Bezieht sich auf den Verlust des hl. Nagels von Saint-Denis 1233.

## 239.

### Planctus Samsonis.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Samson, dux fortissime,<br/>         Victor potentissime,<br/>         Quid facis in carcere,<br/>         O victor omnium?<br/>         Quis te quivit vincere<br/>         Vel per somnium?<br/>         Victus es, o victor<br/>         hostium,<br/>         Captus es, o captor<br/>         omnium,<br/>         O victor omnium,<br/>         Captus es.</p> | <p>2. Samson, dux mirabilis,<br/>         Modo miserabilis,<br/>         Quid facis in angulo<br/>         Taetri carceris?<br/>         Te dedit ergastulo<br/>         Fraus mulieris;<br/>         Avulsis oculis<br/>         caecus es,<br/>         Jam tonsis crinibus<br/>         Calvus es,<br/>         Sed si recreverint,<br/>         Salvus es.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Sponsa mihi placuit  
 Alienarum  
 Et amavi virginem  
 Philistarum,  
 Favum mihi reddidit  
 Rex bestiarum,  
 Junxi caudas vulpium  
 plus quam trecentarum,  
 Dissipavi palmites  
 tot vinearum  
 Et combussi segetes  
 agricularum.

4. Mille rupi vincula,  
 Propter te, juvencula,  
 Feci tot miracula,  
 Post in solitudine  
 Gravi fortitudine  
 Magna multitudine  
 Constipati veniunt,  
 Capere me cupiunt,  
 Pauci vix effugiunt.  
 Circumdor ab hostibus  
 Et armis et fustibus,  
 Instant totis viribus,  
 Solus ego viribus  
 Praevalebam millibus.

5. Mille viros mortibus  
 In proelio  
 Meis dedi manibus  
 Et gladio,  
 Mille viros mortibus  
 Mandibula  
 Tuis dedi morsibus,  
 Asellula.

6. Vach tibi Philistiim  
 Sub tributis Nephtalim,  
 Cui sic allophyli  
 Reputantur nihili,  
 Optimates Ismael  
 Servierunt Israel.

7. Urbem vallaverant,  
 Me quasi vicerant,  
 Fidenter,  
 Nocte diluculo  
 Surrexi clanculo  
 Silenter.

8. Post amavi Dalidam,  
 Virginem pulcherrimam,  
 Corpore juvenculam,  
 Fraudibus vulpeculam.  
 Cum libaret poculum,  
 Porrigebat osculum  
 Serviens ad oculum,  
 Seducebat populum.

*Dalida dixit:*

9. Dic mihi, bacissime,  
 Victorum fortissime,  
 Ubi polles viribus  
 Prae cunctis mortalibus?  
 Ubi vires corporis,  
 Ubi robur pectoris?  
 Utrum divo numine  
 Praevales an carmine?

10. Si nerveis fustibus  
 Vinciar aut restibus  
 Circumplexis crinibus  
 Cum linteo,  
 Par ero mortalibus,  
 Sic aio.

11. Quidquid egit perfida,  
 Temptat arte callida,  
 Sed rumpuntur laquei  
 Quasi funes stuppei.  
 Feminae ter restiti,  
 Tandem victus exstiti,  
 Qui vincebam omnia,  
 Victus sum a femina.

12. Proh dolor, proh dolor,  
 Detegor miraculo:  
 Prope rasis crinibus  
 Rasorio,  
 Par ero mortalibus  
 Calvitio.

13. Voluptatis praemio  
 Meretricis gremio  
 Jam privatim dormio,  
 Illa mordax vipera,  
 Agna prius tenera,  
 Furtim rapit forfices  
 Et clamabat principes:

14. Philistim, Philistim,  
Surgite,  
Clipeos et lanceas  
Arripite,  
I et e, a et o,  
Hostem victum teneo.
15. Idumaei, Gebusei  
Veniunt,  
Gergesaei, Pheresei  
Capiunt,  
Philistei verberant.
16. Orbaverunt me lumine  
Consecratum crimine,  
Tanto perit fulmine,  
Qui se credit feminae.
17. Nolunt mihi  
Nolunt mihi parcere,  
Crucior, vincior,  
Merior in carcere.
- Perfero ludibria,  
Risus et opprobria;  
Sed, si crines creverint,  
Reddam, quidquid fecerint.
18. Quando festa veniunt,  
Ludere me faciunt;  
Crines creverunt,  
Vires venerunt.
19. Dies festus aderat  
Et senatus sederat,  
More dicunt solito:  
Nobis ludos facito,  
Plaude.
20. Ludens ludebam,  
Lugebam lugens,  
Columnam arripui,  
Totam domum subrui,  
Fere tria milia  
Observabant atria.  
Pro tali victoria  
Samson sit in gloria.
- Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95. — 4, 12 lies totis  
nisibus? — 9, 1 lies carissime?

De s. Guillelmo Bituricensi.

240.

1. O felix Bituria,  
Caput Aquitaniae,  
In qua viget gloria,  
Lux et splendor Galliae,  
In qua splendet gratia,  
Christi regis gloriae,  
Qui sua clementia  
Providit ecclesiae.
2. In te viget incliti  
Pastoris potentia,  
Qui sancti paracliti  
Semper plenus gratia  
Gregis sibi subditi  
Corripit vestigia,  
Pro mercede meriti  
Regnat in coelestia.
3. Per hunc mors conteritur,  
Premitur natura,  
Dum lux caecis redditur,  
Dum lucent obscura,  
Dum actus ingreditur,  
Perdit sua jura,  
Quod Deus prosequitur,  
Melior natura.
4. Poenas hic sustinuit,  
Ne poenas incurreret,  
Sibi mortem intulit,  
Mortem ut effugeret;  
Eum mundo abstulit,  
Ut in mundo viveret,  
Mundus carnem domuit,  
Ne carni subcumberet.

5. *Mundus hic a crimine*  
*Vixit et in mundo,*  
*Honores a limine*  
*Salutavit, mundo*  
*Corde vixit, munere*  
*Mundus, in profundo*  
*Non submersus remige*  
*Christi fuit. Fundo*  
*Tibi preces, inclite,*  
*Pro me funde Christo,*  
*Ut sub recto tramite*  
*Cursu curram isto.*

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Str. 2 fehlt B. — 3, 5 regreditur B. — Str. 4 fehlt B. — 4, 5 Cum mundo A. — Das Lied feiert den Erzbischof Wilhelm von Bourges, † den 10. Januar 1209.

## 241.

- |                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. <i>Regi regum omnium</i><br/> <i>Grates ago gratiae,</i><br/> <i>Qui Bituricensium</i><br/> <i>Providit ecclesiae</i><br/> <i>Pastorem egregium,</i><br/> <i>Qui pavit egregie</i><br/> <i>Gregem oberrantium</i><br/> <i>A via iustitiae.</i></p> | <p>2. <i>Praesul venerabilis</i><br/> <i>Et dignus memoria,</i><br/> <i>Pius, castus, humilis,</i><br/> <i>Disponens per omnia</i><br/> <i>Sequi Christum, mundum istum</i><br/> <i>Fugit et coelestia</i><br/> <i>Concupivit et ambivit</i><br/> <i>Sobrie mens sobria.</i></p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. *Vita justi gloriosa,*  
*Ut moro esset pretiosa*  
*Apud Deum, meruit,*  
*Et qui sibi viluit,*  
*A datore gratiarum*  
*Cum fine miseriarum*  
*Gloriam obtinuit*  
*Et decorem induit.*

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — In derselben Handschrift befindet sich ein Lied auf den Tod des Pierre le Chantre († 1197), von dem leider nur eine Strophe vorhanden ist; diese lautet:

*Eclipsim passus totiens*  
*Mundus dolores iteret,*  
*Praeclaras lucis patiens*  
*Occasum luctum reseret,*  
*Radiabat Parisius*  
*Fulgens Cantoris radius,*  
*Quem mors videt et invidet,*  
*Dum toti mundo providet,*  
*Dum verbum vitae seminat,*  
*Dum lucet non sub modio,*  
*Sublatus sol de medio*  
*Felicem vitam terminat.*

**242.**

**De Innocentio Papa III.**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Pater sancte,<br/> dictus Lotharius,<br/> Quia lotus<br/> baptismi gratia,<br/> Appellaris<br/> nunc Innocentius,<br/> Nomen habens<br/> ab innocentia,<br/> Divinitus<br/> vocaris tertius,<br/> Ternarii<br/> signant mysteria,<br/> Trinitatis<br/> quod sis vicarius.</p> <p>2. In numeris<br/> primus respergitur<br/> Et in fine<br/> nota binarius,<br/> Quod binatim<br/> arcam ingreditur<br/> Animal<br/> nullum immundius;<br/> Prae ceteris<br/> felix ternarius,<br/> Hoc impare<br/> Deus exprimitur,<br/> Hic numerus<br/> Est Dei proprius.</p> | <p>3. Imitaris<br/> patris potentiam,<br/> Quia solus<br/> potens es omnia,<br/> Et filium<br/> per sapientiam,<br/> Qui praeminet<br/> omniscientia,<br/> Pietatis<br/> per affluentiam,<br/> Septiformis<br/> praeditus gratia,<br/> Gerens in te<br/> personam tertiam.</p> <p>4. A potente<br/> peto praesidium,<br/> Ut infirmum<br/> firmet potentia,<br/> A prudente<br/> verum consilium,<br/> Illuminet<br/> me cum prudentia,<br/> A benigno<br/> pium remedium,<br/> Indulgeat<br/> misericordia<br/> Cordis, oris,<br/> operis vitium.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cod. Londinen. Egerton. 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — B hat nur die erste Strophe. — 2, 7 fehlt eine Silbe; lies Animale, animatum? — Verfasser Philippus de Grevia.

**243.**

**De Ottone IV. Imperatore.**

- |                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Rex et sacerdos praefuit<br/> Christus utroque gladio,<br/> Regnum in ipso floruit<br/> Conjunctum sacerdotio,<br/> Utile dulci miscuit<br/> Et sub figura latuit<br/> Hujus juncturae ratio.</p> | <p>2. Otho, quid ad te pertinet,<br/> Quae te rapit praesumptio?<br/> Cessa, jam casus imminet,<br/> Jam vicina subversio,<br/> Quae reprobum exterminet,<br/> Ut Saulem eliminet,<br/> David fiet inunctio.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Exclamat Innocentius:  
 Laedor, quem feci, baculo,  
 Conversus in me gladius,  
 Cujus cingebar capulo,  
 Vas est collisum figulo,  
 Fortior ille vasculo,  
 Franget ergo fragilius.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

## 244.

### De Guillelmo Eliensi.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Divina providentia<br/>             Rectoris in absentia<br/>             Tuo praesentat, Anglia,<br/>             Guilermum patrocínio,<br/>             Rector et auctor gloriae<br/>             Vim multiformis gratiae<br/>             Multiformis potentiae<br/>             Declarat exercitio.</p>                                                                         | <p>1b. Quem polo terra providet,<br/>             Et terrae polus invidet,<br/>             Cunctorum, quibus praesidet,<br/>             Semper metitur exitus.<br/>             Helias, hic si viveret,<br/>             Helisaeum eligeret,<br/>             In quo duplo transfunderet<br/>             Suae virtutis spiritus.</p>                                         |
| <p>2a. In hora sacri canonis<br/>             Cum soli Deo loquitur,<br/>             Tot lacrimarum rivulis,<br/>             Tanto sudore spargitur,<br/>             Quod in baptismo duplici<br/>             Renovatur, renascitur,<br/>             Et ut digne capiti<br/>             Membrum uniatur,<br/>             Hostiam dum immolat,<br/>             Vivus immolatur.</p> | <p>2b. En sua noster Simeon<br/>             Consummat desideria,<br/>             Revelat nostrae fidei<br/>             Typum rei scientia,<br/>             Visu carnali fruitur<br/>             Vera Christi praesentia,<br/>             Cujus prece Moysi<br/>             Dominus placatur,<br/>             Pax servatur Israel,<br/>             Amalech fugatur.</p> |
| <p>3a. Post mensam dominicam<br/>             Translatus ad publicam,<br/>             Condescendit omnium<br/>             Votis commensalium,<br/>             Plusque dulciloquio<br/>             Quam ciborum pretio<br/>             Reficit et ferculis<br/>             Alterum, sic singulis<br/>             Praestat condimentum.</p>                                           | <p>3b. Celebrato prandio,<br/>             Quas indulget otio,<br/>             Breves sunt induciae,<br/>             Tam mente quam facie<br/>             Nunc gravi, nunc hilari<br/>             Sic Deo, sic Caesari<br/>             Pariter obsequitur,<br/>             Quod utrique redditur<br/>             Foenebre talentum.</p>                                  |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Das Gedicht feiert William Longchamp, Bischof von Ely, der während des  
 dritten Kreuzzuges Regent war.

245.

In Funus sancti Alberti Episcopi Leodiensis.

- |                                                                                                                                   |                                                                                                                |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Turmas arment Christicolae,<br>Devotae Sion filiae<br>Coetus cuncti coelicolas<br>Triumphantis militiae,                       | Plagis ubique gentium<br>Gentilium                                                                             |
| 5. Insurgant ignominiae<br>Matris flentis ecclesiae,<br>Quae concussa barbarie<br>Languet occiso praeside<br>Proditoris tyrannide | 25. Percellat persecutio,<br>Declinans tamen obvium<br>Naufragium<br>Transsilio,<br>Quod eminent, certaminum   |
| 10. Et perfidae<br>Gentis mersa discrimine<br>In hac mundi voragine<br>Membrisque mutilata<br>Clamat: vindica, Domine,            | 30. Et ad portus refugium<br>Refugio,<br>Sed cum impendo labio<br>Lactans palpat proditio,<br>Decolorata nimio |
| 15. Clamat respersa sanguine<br>Natorum et contamine<br>Mortis contaminata;<br>Nunquam talis genimine<br>Vitis inebriata,         | 35. Fraudis trador martyrio<br>Consilio,<br>Quem satanae satellitum<br>Et velitum<br>Condita felle fictio      |
| 20. Licet me Jerosolymis<br>Acerrimis<br>Pressuris et quam plurimis                                                               | 40. Praeripuit de medio,<br>Cujus ut solis radio<br>Et lilio convallium<br>Leodium<br>Praefulsit pontificio.   |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
Albert von Löwen, Bischof von Lüttich, ward 1192 bei Reims ermordet.

In Mortem Philippi Augusti,

Regis Galliae, 1223.

246.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                            |                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Alabastrum frangitur<br>Et lampas exstinguitur,<br>Dum Philippus exspirat,<br>Oleum effunditur,<br>Bethlehem inungitur,<br>Jerusalem respirat,<br>Cometes praesagium<br>Regni mutans solium<br>Mundi solem obscurat,<br>Ortus hic excidium<br>Et coma calvitium<br>Tuum, Sion, figurat. | 2. Decalvare, filia,<br>Lugeat ecclesia<br>Justitiae cultorem,<br>Lugeat militia,<br>Lugeant et studia<br>Suae pacis auctorem,<br>Vultus cujus dispares,<br>Nunc graves, nunc hilares<br>Pro tempore fuerunt,<br>Nullos ei compares<br>Karolos aut Caesares,<br>Omnes ei cesserunt. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Gaudet Dionysius  
Et mater Parisius  
Non invidet honorem,  
Jure suum militem  
Martyr habet hospitem,  
Quem fecerat victorem;  
Augetur in munere  
Foenus hoc in funere  
Ecclesiae cultori,  
Quod regalis dignitas  
Et legati sanctitas  
Non defuit honori.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
1, 1 Alabastrum. — 2, 11 Karulos. — Dieselbe Handschrift enthält auch  
ein Lied auf den Regierungsantritt Ludwig VIII., leider nur die erste Strophe;  
diese lautet:

Beata nobis gaudia  
Reduxit proles regia,  
Philippi primogenitus,  
Qui patris actis inclitus  
Nec laude carens propria,  
Post tot laborum taedia,  
Post tot felices exitus  
Tibi debetur, Gallia;  
Regni ejus initia  
Tua, Dei tu digitus,  
Adspirare clementia  
Veni, creator spiritus.

247.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. O mors, quae mordes omnia,<br>Nulli dignaris parcere,<br>Nam cunctos sine venia<br>Tuo prosternis vulnere,<br>Non se palpet plus paupere<br>Dives pro sua gloria,<br>Non te vi vel pecunia<br>Possunt reges evadere,<br>In omnes pari pondere<br>Tua fertur sententia. | 2. De te male conquaeritur<br>Nec sine causa Gallia,<br>Quae tam dolenda patitur<br>Sui regis dispendia,<br>Dum Philippi praesentia<br>Tua sorte subtrahitur,<br>Qui si regum deducitur<br>In communi victoria,<br>Mactae virtutis gratia<br>Super omnes attollitur. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Plange, mater ecclesia,  
 Indue te cilicio,  
 Quae sedes in tristitia  
 Tanto privata filio,  
 Qui suo forti brachio  
 Te fovit in concordia,  
 Sed jam luctum in gaudio  
 Pro bono muta, ratio,  
 Nam Romae testimonio  
 Securus est de venia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. I. — 2, 2  
 Voce sine causa. — 2, 9 virtutis gratiae.

**248.**

**In Funus Henrici II, Angliae Regis.**

- |   |                                                                                                                                                                                                                                             |    |                                                                                                                                                                                                                                 |
|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 | Anglia, planctus itera<br>Et ad luctum convertere,<br>Duplex damnum considera<br>Duplici merso sidere,<br>Mors in te saevit aspere<br>Nec jam mortis insultui<br>Facta potens resistere;<br>Ergo luctus ingredere<br>Semper intenta luctui. | 2. | Parisiis sol patitur<br>Ecclipsim in Britannia,<br>Generaliter cernitur;<br>O dies mundo noxia,<br>O dies luctus nuntia,<br>Solem involvens latebris<br>O dies, noctis filia,<br>O dies carens venia,<br>O dies plena tenebris. |
|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Das Vorhandene ist augenscheinlich nur ein Bruchstück des Ganzen.

**In Richardum, I Angliae Regem.**

**249.**

- |    |                                                                                                                                                                                                              |    |                                                                                                                                                                                                        |
|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. | Redit aetas aurea,<br>Mundus renovatur,<br>Dives nunc deprimitur,<br>Pauper exaltatur,<br>Omnis suo principi<br>Plebs congratulatur,<br>Nec est locus sceleri,<br>Scelus datur funeri,<br>Scandalum fugatur. | 2. | Deus regem contulit<br>Nobis praeoptatum,<br>Terra cornu potulit<br>Copiae ditatum,<br>Murmur omne populi<br>Prorsus est sedatum,<br>Plebs sub pace regia<br>Gaudet, pax, justitia<br>Sese osculantur. |
|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Pius, potens, humilis,  
 Dives et maturus  
 Aetate, sed docilis  
 Et rerum securus  
 Suarum, praeficitur  
 Angliae, daturus  
 Rapinis interitum,  
 Clero juris aditum,  
 Locum veritati.

4. Gaudeat Pictavia,  
 Jam rege ditata,  
 Tumescat Normannia  
 Auro coronata,  
 Vasco, Scotus, Britones  
 Obtinent optata,  
 Sine dolo Cambria  
 Servit et Hibernia  
 Nostrae potestati.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — Str. 2 fehlt B. — 2, 9 sese osculatur C. — 3, 9 veritatis B. — 4, 5 Scottus A. — Cfr. Milchsack 175.

250.

1. In occasu sideris  
 Cadis in moerorem,  
 Anglia, prae ceteris  
 Germinans dolorem,  
 Viduata princepe  
 Rerum vices suscipe,  
 Tui fletus taedium  
 Terminet solatium,  
 Meta sit dolori,  
 Post hanc tibi vesperam  
 Facto laetiori  
 Dabit diem prosperam  
 Casu repentino  
 Novus surgens lucifer  
 Ortum matutino.

2. Novus haeres Hectoris,  
 Primus probitate,  
 Vir maturi pectoris,  
 Juvenis aetate,  
 Tibi rex promittitur,  
 Jactura remittitur,  
 Spe salubris gratiae  
 Gaudeas militiae  
 Florem susceptura,  
 Cujus verbi veritas  
 Mente proditura,  
 Indefessa largitas  
 Nescit fatigari,  
 Sed cum multa dederit,  
 Pauca putat dari.

3. Comes comis nuntiat  
 Parem sibi fore,  
 Tibi suos sociat  
 Amor cum timore,  
 Richardus Pictaviae,  
 Rex futurus Angliae,  
 Dignus est imperio,  
 Plus honoris regio  
 Conferens honori.  
 Nulla sit de cetero  
 Natio timori,  
 Fulgur habens hostibus  
 Hercules laboris,  
 Qui refrænat reprobos  
 Turbine timoris.

Cod. Oxonien. Rawlinson C 510. saec. 13. A. — Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. C. — Letzteres hat nur die erste Strophe. — Cfr. Milchsack 181.

## 251.

### In Obitum Ferdinandi, Regis Legionensis.

- |                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Sol eclipsim patitur<br>Ex mortis objectu,<br>Mundi lux exstinguitur<br>Solis in defectu,<br>In coelum sol justitiae<br>Raptus, dum terras deserit,<br>Orbem nube tristitiae<br>Solis occasus operit. | 2. Dum Fernandus, Hispaniae<br>Laus, decus, apex gloriae,<br>Sol virtutum, fons gratiae,<br>Qui regni sceptrum tenuit,<br>Quem nec potestas domuit<br>Nec Martis horror terruit,<br>Heu mortis jugo subditur.<br>Sed mors in morte moritur, |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Dum mors in vitam vertitur,  
Dum pro superno bravio,  
Immo mutato solio,  
In regis regum regia  
Stola fulget rex regia.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Ferdinand von Leon starb 1188.

## 252.

### In Funus Godofredi, ducis Britanniae.

- |                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Eclipsim patitur<br>Splendor militiae,<br>Solis exstinguitur<br>Radius hodie,<br>Lux mundi labitur,<br>Dum flos Britanniae<br>De via mittitur<br>In sedem patriae.<br>R <sup>o</sup> Mors sortis asperae,<br>Cunctis aequa,<br>non novit parcere. | 2. Virtutis fomitem,<br>Fontem irriguum,<br>Jam Christi militem<br>Mundo residuum,<br>Mors rapit comitem,<br>Fit regnum viduum,<br>Dum vitae limitem<br>Linqvit ambiguum.<br>R <sup>o</sup> Mors sortis asperae,<br>Cunctis aequa,<br>non novit parcere. |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

3. Comes, qui tenuit  
 Mundi dominium,  
 Qui fortes domuit,  
 Piis suffragium,  
 Fatis occubuit,  
 Ergo solatium  
 Absit, nam adfuit  
 Fatale taedium.  
 R' Mors sortis asperae,  
 Cunctis aequa,  
 non novit parcere.

4. Morum maturitas  
 Comiti nupserat,  
 Vultus simplicitas  
 Gratiam hauserat,  
 Dandi serenitas  
 Sedem elegerat,  
 In eo largitas  
 Omnibus praeerat.  
 R' Mors sortis asperae,  
 Cunctis aequa,  
 non novit parcere.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. B. — Cfr. Milchsack  
 175. — Das Lied bezieht sich auf Geoffroi, Herzog der Bretagne, gestorben  
 zu Paris 1186.

## 253.

### In Obitum Henrici, Campaniae Comitis.

1a. Omnis in lacrimas  
 Uberrimas  
 Solvatur oculus  
 Fundantque paria  
 Suspiria  
 Clerus et populus,  
 Par sit dolor, par est causa,  
 Mors licenter nimis causa  
 Nube tristitiae  
 Terras operuit,  
 Dum nobis rapuit  
 Solem Campaniae.

1b. O dies funebris,  
 Quae tenebris  
 Mundum sic induit,  
 Orbis deliciae,  
 Fons gratiae  
 Totius aruit,  
 Largitate vir serenus,  
 Gratiarum donis plenus,  
 Comes flos comitum,  
 Non impar regibus,  
 Fatis crudelibus  
 Exsolvit debitum.

2a. O dies lapide  
 Nigro notabilis,  
 Qua suo flebilis  
 Privatur praeside  
 Campania,  
 Lugeat ecclesia  
 Vidua praesidio,  
 Clerus patrociniis,  
 Milites stipendiis,  
 Pauperes suffragiis,  
 Francia consilio.

2b. Pax regni moritur,  
 Sepulto comite  
 Furens de fomite  
 Rancoris oritur  
 Discordia,  
 Proeliorum Francia  
 Turbine civilium  
 Suis ipsa gladium  
 Agit in visceribus,  
 Cujus totis urbibus  
 Fit pressura gentium.

- 3a. O si regem puerum  
 Regeret avunculus,  
 Fidus regni bajulus,  
 Tantos motus scelerum  
 Non sentiret populus,  
 Belli sitim hanc sedaret  
 Fons virtutum, qui non aret,  
 Quo nunc gemens orbis caret,  
 Comes mundi titulus.
- 3b. Largitatis corrui  
 Dulce domicilium,  
 Gloria Trecensium,  
 Qui donandi tenuit  
 Solus privilegium,  
 Largus erat absque pare,  
 Cui datum erat dare  
 Quasi suum singulare  
 Proprieque proprium.
4. Quid, homo, vanis deditus,  
 Quod nisi vanum jactitas,  
 Quid opes, quid nobilitas,  
 Quid gloria, mundana,  
 Cujus te torquet ambitus,  
 Quod vanitatum vanitas  
 Sit tota sors humana,  
 Henrici probat exitus.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29 1. —  
 Das Lied, welches Sequenzenform einhält, gilt dem Tode Heinrichs des  
 Freigebigen, Grafen von Champagne, † 1181.

## 254.

### De Obitu Henrici II, Campaniae Comititis et matris ejus.

1. Jerusalem, Jerusalem,  
 Quae occidis et lapidas,  
 Quamdiu gentes perfidas  
 Lactabis, mater libera;  
 Contra promissum literae  
 Regnat haeres adulterae,  
 Ridet Agar adultera  
 Legis improprium,  
 Quia risus fidelium  
 In luctum mundo vertitur,  
 Dum lapsu gravi labitur  
 Henricus, haeres liberae.
2. O pessima  
 Conditio mortalium,  
 Dum lacrimantur filium,  
 Nondum repente lacrima  
 Resolvit nos uberrima  
 Mors, in moeroris flumina  
 In lapsu matris labimur.  
 Ad Mariam convertimur,  
 Stella de qua tot lumina  
 Nostris scintillant saeculis,  
 Quod virtutum carbunculis  
 Obtusi nos excedimus.
- Et pio planctu plangimus,  
 O gratiosa domina.
3. Mira loquor, cecidit  
 Sol in oriente,  
 Causa solis concidit  
 In hoc occidente,  
 Illa lampas Campaniae,  
 Mater Maria gratiae,  
 In qua tot luminaria  
 Noctis et umbrae nescia,  
 Tot stellae laudis luxerant,  
 Quod oculi mortalium,  
 Tantaе virtutis radium  
 In vidua non viderant.
4. Quid est homo, quod jactitas  
 Et quibus mundo militas?  
 Forma, genus, divitiae  
 Valent ad epithaphium.  
 Corpus, quod nutris hodie,  
 Cras fiet cibus vermium,  
 Ecce, nostra conditio;  
 Vide, ne vacet dextera,  
 Quia decurso stadio  
 Mortem sequuntur opera.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
2, 7 In lapsum. — 3, 8 O mater Maria. — 4, 4 In epithyphium. — Heinrich  
starb 1197, seine Mutter 1198.

## 255.

### De Urbe Turonensi.

- |                                                                                                                 |                                                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1a. In ripa Ligeris<br>Est Martinopolis,<br>Urbs orbem temperans,<br>Orbis gemma,                               | 1b. Asylum miseris,<br>Parem apostolis<br>Patronum venerans,<br>Urbs suprema.                                       |
| 2a. Polis est civitas,<br>Polis pluralitas,<br>Polis jucunditas,<br>Polis distractio,                           | 2b. Haec polis civitas,<br>Poleon deitas,<br>Culibet veritas,<br>Magistra, ratio.                                   |
| 3a. Multiplex loci titulus<br>Laudis captat praeconium,<br>Sed titulorum cumulus<br>Vincit styli officium,      | 3b. Patronus, clerus, populus,<br>Ubertas temporalium,<br>Ceres, Liber, fons, hortulus,<br>Amnes, prata convallium. |
| 4a. Aeris clementia,<br>Coeli constellatio,<br>Solis redundantia,<br>Morum compositio,<br>Largitas et honestas, | 4b. Turonis vernantia<br>Uno quasi gremio<br>Colunt domicilia,<br>Exsulat seditio<br>Et guerrarum tempestas.        |
| 5a. Ergo sicut carbunculus<br>Et flosculus<br>Turonis micat urbibus<br>Et sedibus<br>Fecunde                    | 5b. Gallus, Hispanus, Apulus<br>Et Graeculus<br>Invident Turonensibus<br>Cum urbibus<br>Profunde.                   |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 1, 1  
Est Martinopolis. — 5, 1 Ergo sicut Hs.

## 256.

### De caede scholarium Aurelianensium.

- |                                                                            |                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1a. Aurelianis civitas,<br>Te replevit iniquitas<br>Novo pollutam scelere, | 1b. Annus, qui prius aureus,<br>Factus torrens sanguineus<br>Ex innocentum funere. |
|----------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2a. Sanctae crucis exaltata<br/>         Triumphali nomine,<br/>         Passione renovata<br/>         Fuso cleri sanguine<br/>         Sanctum nomen polluisti,<br/>         Occidisti servos Christi,<br/>         Quos servare debuisti<br/>         A turbarum turbine.</p> | <p>2b. Plange, civitas sanguinum,<br/>         Indigna crucis titulo,<br/>         Pro gravitate criminum<br/>         Digna crucis patibulo,<br/>         Nomen perdis sanctae crucis,<br/>         Digna cruce poenae truci,<br/>         * Capitali piaculo.</p> |
| <p>3a. Urbs beata Parisius,<br/>         In qua si peccet impius,<br/>         Ultione redimitur,<br/>         Quidquid inique gesserit,</p>                                                                                                                                        | <p>3b. Studio locus proprius,<br/>         Civis clero propitius,<br/>         Ad quam redire cogitur,<br/>         Quisquis ab ea fugerit.</p>                                                                                                                     |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
 Bezieht sich auf die Unruhen in Orléans, 1236, in denen an 100 Studenten  
 den Tod fanden.

## 257.

### Lans Galliae.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. De rupta rupecula<br/>         Grata fluunt pocula,<br/>         Cirrhae propinat Nysa,<br/>         Ad Cirrhaeum verticem<br/>         Nysa Bacchi calicem<br/>         Rupe mittit excisa;<br/>         Deo sapientiae<br/>         Deus placet copiae,<br/>         Phoebus Baccho laetatur,<br/>         Nihil congruentius,<br/>         Quam quod sic Parisius<br/>         Parnassium mutatur.</p> | <p>2. Pictavorum idolum<br/>         Non expavit Carolum<br/>         Et tremit Ludovicum,<br/>         Damnat civem subdolum,<br/>         Desertorem dyscolum,<br/>         Accusat Savaricum,<br/>         Dicens, castrum nobile,<br/>         Forte, firmum, fertile<br/>         Quid potuit timere?<br/>         Castrum nulli simile<br/>         Fecit expugnabile<br/>         Varietas pantherae.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
3. Terra Bacchi Francia,  
 Moysis est Anglia;  
 Quid, de rupe vinosa  
 Attinet ad Angliam?  
 Fluat haec ad Franciam,  
 Ad hanc rupes aquosa.  
 Quidquid ipsa maria  
 Limitant confinia  
 Magnum chaos firmatur,  
 Angliae cervisia  
 Lyaei laetitia  
 Franciae superatur.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 1, 3  
 Cirre propinat nisa. — 1, 12 Parnasium.

258.

De Calamitatibus Galliae.

- |                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                         |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Mundus vergens in defectum,<br>Casum probans per effectum<br>Se fallacem exuit,<br>Nam remota fraudis arte<br>Nos delere vi vel arte,<br>Quod jam patet, adstruit,<br>Et dum his se applicat,<br>Quod explicit, explicat. | 2. Mundus florens diu pace<br>Jam accensus belli face,<br>Gallia praemoritur,<br>Et jam navis mari data<br>Portu carens desperata<br>Procellis concutitur<br>Et confracta turbine<br>Non eget regimine. |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. —  
2, 7 Et fracta. — Das Stück ist augenscheinlich Fragment.

---

# ANHANG I.





## I.

- Ave, Maria,  
Fons laetitiae,  
Virgo pura, pia,  
Fons munditiae  
5. Te voce varia  
Sonet sobrie  
Gens laeta sobria,  
Gaudens varie  
Promat ecclesia  
10. Laudes Mariae,  
Sonet in Maria

- Vox ecclesiae.  
Haec solvit semia  
Jam Isaiæ,  
15. Reserans ostia  
Clausæ patriæ  
Dans suavia,  
Regem gloriæ,  
Qui sola gratia,  
20. Plenus gratiæ,  
Factus est hostia,  
Finis hostiæ.

Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23).

## II.

- Virginis in gremio  
Manet lux infinita,  
Nascitur in medio  
Terræ salus et vita,  
5. Ejus in obsequio  
Vox patris est audita.  
Nam subditur infantiae  
Nostræ gîgas potentiae  
Et geminae substantiae.  
10. Nobilitanda,  
Clarificanda,  
Haec dies est amanda,  
Haec dies conlaudanda,  
Haec dies recitanda.  
15. In qua nobis patent  
coeli palatia,  
In qua Christi claret  
misericordia,  
Clementia,  
20. Potentia,  
Unde novantur  
Et congaudent omnia.

- Nec immerito  
Hoste perduto  
25. Plus gaudemus solito  
Plausu laudis inclito.  
Invincibilis tractatur,  
Impalpabilis palpatur.  
Jam naturæ debitum  
30. confunditur,  
Jam, qui nos devicerat,  
devincitur,  
Jam, quod erat perditum,  
redimitur.  
35. Maxima gloria  
Multaque gratia  
Coelestium, terrestrium  
Et omnium  
Aeterno sit auctori,  
40. Qui proprium  
Per filium  
Et omnium  
Nostro medet languori,  
Sanatur et dolori.

Cod. Parisin. (ol. Martialis.) 3549. saec. 12. — 3, 1<sup>a</sup> Hec immerito. — 3, 4 Plausus. — 5, 9 medet languori, falsche Form mit richtigem Kasus; 5, 10 Sanatur et dolori, unrichtige Form mit unrichtigem Kasus. Zwei von drei Fehlern ließen sich durch Umstellung beheben;

Nostro sanat languori,

Medetur et dolori;

es bliebe dann nur der unrichtige Dativ bei sanare, den der Reim schützt.

### III.

- Veni, doctor praevie,  
Spiritus scientiae,  
Dono cujus gratiae  
Laudes sonant sobriac  
5. Christo regi gloriae,  
Qui nutu potentiae  
Clausas transit hodie  
Portas matris filiae.  
Per hunc datus, adveni  
10. Et nos semper praeveni,  
Sancte sanctis debite,  
Clemens et paraclite,  
Per te fiant cognitae  
Veritatis semitae,  
15. Spes et dator praemii  
Et veri consilii.  
Reple sacro flamine  
Congregatos, Domine,  
Sub illius nomine,  
20. Qui natus de virgine  
Homo fit pro homine,  
Ut mundum a crimine  
Mundo mundet sanguine.  
Tu patri, tu filio  
25. Compar in imperio,  
Commune solatium,  
Cujus ad auxilium  
Vota pendent omnium,

- Corda sana saucia  
30. Ut pari concordia  
Sonet oris gloria.  
Fidem da cum opere,  
Ne sit vanum credere,  
Ex oliva fidei  
35. Ut fons fluat olei,  
Et tui praecipui  
Mitis ac perpetui  
Amoris vinculo  
Et pacis osculo  
40. Adstringe sedulo  
Clerum cum populo,  
Ut tandem quaerulo  
Transacto saeculo  
Sit in propatulo,  
45. Quod mentis oculo  
Cernunt in speculo  
Et in munusculo  
Torpescat aemulo  
Vis amoris.  
50. In eorum pectore,  
Dum adhuc in corpore  
Brevi manent tempore,  
Spe metuque famulis  
Alimenta sedulis  
55. Ignem accende.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

### IV.

- Beatis nos adhibe  
Beans vita coelibe,  
Rex coelorum Domine,  
Ut summo cum agmine  
5. Stolis albis candidi,  
Caritate fervidi

- Modulando cantica  
Fide vocum mellica  
Tibi benedicamus,  
10. Tibi laudes solvamus,  
Dona cantu placido,  
Throno cujus fulgido

- Adstat cum praeconio  
Angelorum concio  
15. In coelesti solio,  
Laudat cum tripudio  
Carentem principio,  
Quorum nos collegio  
Tua miseratio  
20. Jungat et vestigio  
In coeli palatio,  
Ne morae dispendio  
Scelerum collectio  
Nostra sit contritio  
25. In areto iudicio,  
Sed qui more proprio  
Donas in convivio

- Annulum cum pallio  
Poenitenti filio  
30. Pasto in exsilio  
Parcorum cibario,  
Pascat cum solemnio  
Vultus tui visio  
In summo coenobio,  
35. Ubi pari gaudio  
Cum laeto consortio  
Effundamus vario  
Carminis indicio  
Pia sine termino  
40. Vota cordis intimi  
Ac medullas animi  
Domino.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Der dreistimmige Tonsatz dieses Stückes ist dadurch besonders von Interesse, daß, während die zwei oberen Stimmen vorstehenden Text singen, die dritte Stimme in langen gedehnten Noten nichts singt als die Worte *Benedicamus Domino*, wohl eines der frühesten Beispiele eines s. g. festen Tenors.

V.

- In salvatoris nomine,  
Qui sanguine  
Mundo mundum abluit,  
Exactoris eruit  
5. Nos voragine,  
Ejus pia  
Genitrici Mariae  
Studeamus psallere.  
Ergo, virgo virginum,  
10. Culpis pone terminum  
Et nos tibi fac placere.  
Dum silerent  
Et tenerent  
Cuncta medium  
15. In terris silentium,  
Mellifluus  
Sermo tuus,  
Pater, a regalibus  
Mundo venit sedibus.  
20. O quantum mysterium,  
Cum carni nupsit deitas  
Et fecit humanitas

- Deitati pallium,  
Velatur divinitas  
25. Carnis fragilis velo,  
Jam nova progenies  
Delabitur  
Et mittitur  
A supremo caelo  
30. Speciosa facies,  
Sed attrita species  
Passionis zelo.  
Qui pugillo continet  
Coelum, terram sustinet,  
35. Expers omnis criminis  
Mittitur  
Et clauditur  
In sinu matris virginis,  
O lilium, praesidium,  
40. Ora natum proprium  
Ut tollens reatum  
Nos revocet et colloce  
In parte sanctorum.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. — Das Lied ist wahrscheinlich von Philipp de Grevia.

VI.

- |                                                                                                                                 |                                                                                                |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Salve, mater, fons hortorum,<br>Vellus Gedeonis,<br>Porta coeli, spes reorum,<br>Thronus Salomonis,                             | 15. Pronos tuis sonis,<br>Lilium<br>Convallium,<br>Florens rosa,<br>Fragrans sicut lilium,     |
| 5. Virga florens florem florum,<br>Quam vis aquilonis<br>Nunquam laedit, unguentorum<br>Cella plena bonis,<br>Nescia praedonis, | 20. Speciosa<br>Virgo, promens filium<br>Generosa,<br>Deo prodis genitum,<br>Lux mundo jocosa, |
| 10. Virgo, scala peccatorum,<br>Per quam Babylonis<br>Jugum cessit et laborum<br>Lexque Pharaonis,<br>Septem reple donis        | 25. Pro te Christo<br>Sit laus explosa,<br>Tibi cum mentis<br>Dulci prosa.                     |
- Cant. ms Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

VII.

- |                                                                                                              |                                                                                                            |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Ave, virgo regia,<br>Mater clementiae,<br>Ave, plena gratia,<br>Regina gloriae,                              | Tibi coelestia,<br>Coeli luminaria                                                                         |
| 5. Genitrix egregia<br>Prolis eximiae,<br>Quae sedes in gloria<br>Coelestis patriae,<br>Regis veri regia     | 30. Stupefiunt<br>De tua specie,<br>Sol et luna<br>Cunctaque<br>Polorum sidera.                            |
| 10. Mater es et filia,<br>Castrum pudicitiae<br>Stellaeque praevia,<br>In throno justitiae<br>Resides, obvia | 35. Virgo regens supera,<br>Te laudant angeli<br>Super aethera.<br>Ave, cleri<br>tutum praesidium          |
| 15. Agmina militiae<br>Coelestis omnia<br>Occurrunt laetitiae<br>Tibique propria<br>Cantica symphoniae       | 40. Pauperisque<br>verum subsidium,<br>Tu es pura<br>lima malitiae<br>Et allatrix gratiae,                 |
| 20. Dant multifaria.<br>Tu tantae potentiae,<br>Tantae victoriae,<br>Formae tam egregiae<br>Mater et filia,  | 45. Mite refugium<br>Aegrotantium,<br>Stabile solatium,<br>Nobis adsis post obitum,<br>Post istius saeculi |
| 25. Lux munditiae<br>Genitrixque pia,<br>Obediunt                                                            | 50. Vitae vilis transitum<br>Per gratiam,<br>non per meritum<br>Ducas nos ad<br>patrem et filium.          |

Cod. Montis Pessulani H 196. saec. 14. A. — Cod. Bambergensis. Ed. IV 6. saec. 13/14. B. — 17. Occurrunt militiae B. — 18. Quae tibi praevia B. — 20. Tam multifaria AB.

VIII.

- Gamantare  
Me per solfare,  
Virgo, dignare  
Et decantare
5. In tuo nomine  
Laudes tibi que promere  
Mater da gloriæ  
In carmine lætitiæ.  
Tu quia es
10. Mundi spes,  
Salutis res,  
Simul labe cares,  
Coelum habes.  
Eja, mater Domini,
15. Sancti robur auxilii,  
Preces attende miseri  
Ac inferi  
Exsilii  
Et exaudi
20. Ad te clamantes  
Corde pulsantes,  
In te fidentes,  
Spem habentes  
Et egentes,
25. Noxam fientes.  
Mentis tenebras  
Tu conteras  
Et scorias.  
Tu vere mater luminis,
30. Laus operis,  
Cordis, oris,  
Flos decus honoris  
Coeli thoris.  
Pelle, pelle vitia,
35. Supplicia  
Sævitia,  
Virtutum dans initia,  
Lætitia  
Sit atque socia.
40. O Maria,  
Juva pia,  
Tu nulli gravis,  
Esto pravis  
Sed suavis,
45. Coeli clavis  
Reserabilis,  
Placabilis  
Et debilis,  
Ut tua natio,
50. Purgatio,  
Assumptio,  
Annuntiatio  
Palatii throni,  
Hoc est in caelis,
55. Justos locet, quod tu velis,  
Simul Johanne debiles  
Conjungere perpetuis  
Sine zelis.

Cod. Engelbergen. 314. sæc. 14. — 56. Johannem. — 57. Debilitetur. —  
Aufschrift: De sancta Maria mutetus.

IX.

- Serena virginum,  
Lux plena hominum,  
Templum trinitatis,  
Puritatis
5. Specialis thalamus,  
Arca novae legis,  
Thronus novi regis,  
Vellus, quod rigavit,  
Qui nostrum portavit
10. Saccum nostram  
carnem vestiens.  
Nesciens  
Virum Deum paris,  
O Maria,
15. Mater pia,  
Stella maris  
Singularis,  
Stella, cujus radius  
Nubem pressit,
20. Quam impressit  
Evæ culpa prius.  
Istud nulla caritas  
Meruit aut castitas,  
Sed simplex humilitas
25. Ancillae.  
O mamillae,  
Quarum venae  
Fluunt plene

- Mundo lac et mella.  
 30. Gens misella,  
 Tollite  
 Vas fellitum,  
 Vas mellitum  
 Bibite,  
 35. Ecce, lac infantium,  
 Ecce, manna mundo pium,  
 Ecce, piae  
 Flos Mariae  
 Virginis.  
 40. Seminis  
 Abrahæ stirps inclita,  
 Balsamus mellita,  
 Calamus condita,  
 Nardus myrrha trita;  
 45. O pia,  
 Trahunt nos ad varia  
 Laquei prædonis,

- Torrens Babilonis,  
 Dalida Samsonis,  
 50. Hostem, mundum,  
 Vas immundum,  
 Bellica,  
 Pacifica,  
 Spes reorum,  
 Lux coelorum,  
 55. Virgo regia,  
 O Maria,  
 Caecis via,  
 Nostra tympanistria,  
 In hoc salo  
 60. Nos a malo  
 Salva, stella prævia,  
 Ut concordis  
 Vocis, manus, cordis  
 Plausu laeti trino  
 65. Benedicamus Domino.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. —  
 Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 628. saec. 13. C. — 2. plena fehlt A. — 23. ad  
 castitas B. — 36. pium fehlt C; Ecce magna B. — Cfr. Milchsack 222 sq.

X.

- Flos de spina rumpitur,  
 Spina caret  
 Flos et aret,  
 Sed non moritur.  
 5. Vitæ florem  
 Per amorem  
 Flos complectitur,  
 Cujus hæc solatio  
 Sic reficitur  
 10. In vigore proprio,  
 Quod non patitur.  
 Virgo de Judæa  
 Sursum tollitur,  
 Testea  
 15. Fit aurea  
 Corporea  
 Sancitur,  
 Laurea  
 Redimitur  
 20. Mater beata  
 Glorificata.

- Per cuncta mundi climata  
 Civium  
 Consortium  
 25. Coelestium  
 Laude resolvitur,  
 Oritur  
 Fidelibus  
 Dies jubilaci,  
 30. Dabitur  
 Amplexibus  
 Mariae quies Dei.  
 Non ero  
 De cetero  
 35. Jactatus  
 A procella,  
 Ecce, maris stella  
 Aurem pii filii  
 Precibus imprægnat,  
 40. Quæ stellato solio  
 Cum filio  
 Regnat.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. —  
 Cod. Montis Pessulani H 196 saec. 14. C. — 3. Et flos aret B. — 8. hæc  
 ex solatio B. — 17. Sanctitur B. — 33. Anime ero B.

XI.

- O Maria,  
Mater Christi, virgo pia,  
Moestorum consolatrix,  
Pauperum adjutrix
5. Lapsorumque relevatrix,  
Languentium curatrix,  
Nostrae salutis amatrix;  
Ave, Domina,  
Deitatis cellula,
10. Inter omnes  
Feminas castissima,  
Te petimus, nostra  
Dele peccamina,  
Quae es coelo altior,
15. Terra lator,  
Stellis purior,  
Abyssu profundior.  
O Maria, cunctis  
Sanctis es sanctior,
20. Omnes virtutes  
Omniumque lapidum  
In te continens  
Atque cunctarum  
Herbarum
25. Vim retinens.  
O jucunda,  
Tu es Aaron virgula,  
Quae nobis fructum vitae  
Christum protulit.
30. O dulcissima,  
Dele peccamina,  
Reprime noxia,  
Sensus nostros visita,  
Flagita,
35. Ut gaudia  
Possideamus coelica  
Post carnis exsiliium.
- Eja,  
Pyxis apothecae,
40. Mellicatum  
Cyropum propina  
Confectum et vina  
Sincibratum,  
Medicina
45. Confortativa divina.  
Salve, filia Sion,  
Da geralegodion  
Confortando corda  
Dyacameron,
50. Quod intulit emplastrum  
Vulneri Tryphon.  
Apothecaria,  
Da electuaria  
Aegrotantibus
55. Cunctis ob nefaria  
Ac unguentorum  
Aperi cellaria.  
Per sagittas spoliandum  
Mortem nos inibimus,
60. Ni nos inungas,  
Vulnere peribimus.  
Summa natio,  
Nos inungas oleo  
Rosaceo
65. Ac tua nos inebriet  
Potatio.  
Eja, domina,  
Inunge vulnera,  
Infirmos visita,
70. Nobis confer tua  
Medicamina,  
Ut tecum laetemur  
Tis per precamina,  
Virgo Maria.
75. Ach,  
Me dignare te laudare,  
Digna  
Virgo virginum, benigna,  
Tuo nato nos consigna,
80. Ne sis nobis ut praevigna,  
Sed crucis pelle maligna.  
Vale, virgo Maria,  
Coeli ostiaria,  
Christi regis
85. Archicancellaria  
Atque summi  
Pontificis vicaria.  
Vale, pulchrum lilium,

- |                             |                           |
|-----------------------------|---------------------------|
| Placa tuum filium,          | Es vere,                  |
| 90. Ut clamorem             | Tua me dignitas           |
| Audiat humilium,            | Cogit canere.             |
| Ut tecum laetemur           | O virgo, florum flos,     |
| Post hoc exsilium,          | 105. Canentes audi nos    |
| Virgo, prudens, ad coelorum | Ac diligentes hos,        |
| 95. Dirige nos limina       | Ne zelantium nobis        |
| Ac venenosa                 | Ingruat chaos.            |
| Terge mortis crimina.       | Salve, regina,            |
| Stella maris,               | 110. Fove tisque clericos |
| Lux solaris                 | Et perduc nos             |
| 100. Singularis             | Ad tuum natum.            |
- Trop. ms. Lubicense s. n. saec. 14/15.

## XII.

- |                       |                          |
|-----------------------|--------------------------|
| Associa               | Nube remota              |
| Tecum in patria       | 30. Torsa culpa nota,    |
| Et satia              | Solvat ut vota           |
| Perenni gloria.       | Tibi mens devota.        |
| 5. Vitae brevis       | Tenes lustra,            |
| Peritura              | Cor illustra,            |
| Praeterit             | 35. Unda                 |
| Figura,               | Gratiae fecunda.         |
| Umbra levis           | Lava carnis crimina,     |
| 10. Ut pictura        | Animam illumina,         |
| Interit               | Holocaustum anima,       |
| Litura.               | 40. Caro victima         |
| Fides plana,          | Munda,                   |
| Quod mundana          | Mens lucida              |
| 15. Cuncta vana.      | Sit candida.             |
| Late patet area       | Sancte Deo praecare,     |
| Palea,                | 45. Deum precare,        |
| Nulla grana,          | Ut hodie                 |
| Sors humana           | Ros et lux gratiae       |
| 20. Tamquam lana      | Mundans instillet,       |
| Teritur a tineas,     | Lucens scintillet.       |
| Laesae mentis vulnera | 50. Eligi,               |
| Sana,                 | Da cum agnis eligi,      |
| Ut a cura             | Da cum granis colligi,   |
| 25. Sit segura,       | Da cum justis diligi,    |
| Jugo libera,          | Via vitae dirigi,        |
| Procura,              | 55. Alis virtutum erigi, |
| Luceant sic opera,    | Eligi.                   |

XIII.

- |                                                                                                                               |                                                                                                                 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Laqueus conteritur<br>Venantium,<br>Dum quaeritur<br>Rex omnium,                                                              | Quorum sanguis funditur,<br>Anima diffunditur,<br>In gaudium ploratus.                                          |
| 5. Jesus nasci dignatus,<br>Frustra rete jacitur,<br>Quod praevidet pennatus,<br>Argenteus rumpitur<br>Fumus, dum persequitur | 20. Rachel in solatium<br>Vertitur, beatus<br>Chorus innocentium,<br>Una vox laetantium<br>Efficitur oblatus    |
| 10. Herodes rex iratus.<br>Quorum pes avellitur<br>A laqueo reatus,<br>Vita recurrit aurea,<br>Puer nobis est natus,          | 25. Deo sacrificium,<br>Ad gaudia translatus<br>Et agni sequitur,<br>Quocunque vertitur,<br>In gloria vestigia, |
| 15. A quo donati laurea<br>Sunt pueri bimatus.                                                                                | 30. Cujus gratia<br>liberati sumus.                                                                             |

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. — Aufschrift: De Innocentibus.  
Das Lied ist wahrscheinlich von Philippus de Grevia.

XIV.

- |                                                                                                       |                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Agmina militiae<br>Coelestis omnia<br>Martyris victoriac<br>Occurrunt obvia,                          | Christi hostiae<br>Patent ostia.<br>Sapientum Graeciae                                              |
| 5. Virginis eximiae<br>Laudant praeconia,<br>Rosam patientiae,<br>Pudoris lilia,<br>Donum sapientiae, | 20. Facundiae,<br>Sophismatum<br>Et dogmatum<br>Argutiae<br>Silent et studia.                       |
| 10. Legis eloquia.<br>Virgo regia,<br>Regis filia,<br>Christum regem hodie<br>In coeli regia          | 25. Post haec stadia<br>Gaudet regiae.<br>Carnis habet spolia<br>Apex Arabiae,<br>Caro caret carie, |
| 15. Revelata facie<br>Videt in gloria.                                                                | 30. Mens immunditia,<br>Oleum haec gratiae<br>Dat et precum suffragia.                              |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. B. — Cod. Guelfenbyteran. Helm-  
stadien. 1099. saec. 13. C. — 24. Silentes et B. — 32. Dat haec precum B. —  
Aufschrift in B: De sancta Katharina. — Verfasser ist wahrscheinlich  
Philippus de Grevia.

XV.

- |                                                                                                      |                                                                      |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------|
| De Stephani roseo sanguine<br>Martyrum vernant primitiae.<br>Eliminat pristinae<br>Nubem scripturae, | Legis obscurae,<br>Irradiat paginae<br>Lux gratiae.<br>Erunt futurae |
| 5. Patent figurae                                                                                    | 10. Signa, pressurae,                                                |

- Quod Abel jure  
Fracto naturae  
Fratris obiit acie.  
Culpa non est sub caligine,  
15. Clamat sanguis fusus hodie.  
Non celatur,  
Quod monstratur,  
Ulli dubie  
Culpa turpitudine.
20. Indices  
Et vindices  
De crimine  
Clamant anxiae  
Sion filiae:
25. O domina, sede in pulvere,  
Pro filio, Sion, conquaerere.  
Querelae planctus  
Asperae et ploratus  
Audio,
30. Voces et loquela  
Mixtae sunt suspirio,  
Planguntur a Rachele.  
Surge, pugna tute,
- Tuos cum virtute  
35. Hostes contere,  
Surge libere  
Pulsa servitute,  
Agnum sequere,  
40. Hic rex gloriae,  
Stolam cursus,  
bravium victoriae  
Hinc pie complectere,  
Non permittat  
Deus te succumbere.
45. Nullus Pharisaeus,  
Nullus Philistaeus,  
Nullus Jebusaeus  
Nullusque Hetheus  
Contra Stephanum
50. Poterant praevalere  
Eique nocere;  
Sede ruunt et devicti  
Sunt afflicti,  
Manserunt esurientes
55. Et sitiennes,  
Omnes perierunt.

Cod. Graecen. (ol. Secovien.) 756 anni 1345. Bezeichnet als „Tropus in die beati Stephani“.

## XVI.

- Minor natu filius  
Est gentilis populus  
Caecus et incredulus,  
Qui recesserat,  
5. Qui dissipaverat  
Prodigus  
Partem quam funiculus  
naturae dederat;  
Factus indigus
10. In desertum fugerat  
Et porcos paverat,  
Poenitens redierat,  
Gaudet pater sedulus,  
Quia parvulus
15. In amplexus venerat,  
Perditus,  
Qui perierat,  
Ecce, redditus.  
Saginat caeditur
20. Vitulus,  
Digitis inseritur  
Annulus,  
Dolet frater aemulus,  
Affligitur
25. Ex odio,  
Saus quod fraterculus  
Recipitur  
Cum gaudio patris.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Das Lied ist gewiss von Philipp de Grevia; die Aufschrift in A lautet: De filio prodigo.

XVII.

- |                            |                             |
|----------------------------|-----------------------------|
| Homo natus ad laborem      | Pro te natum, morti datum,  |
| Et avis ad volatum,        | 10. Provocas ad furorem.    |
| Cur sequendo mundi florem  | Vide latus et cruorem,      |
| Spernis Dei mandatum?      | Lege zelum et amorem        |
| 5. Bonum perdis increatum  | In plagis, cor ingratum,    |
| Et post hujus vitae statum | Christo passo gere morem,   |
| Thesaurizas dolorem?       | 15. Verte risum in moerorem |
| Verbum patris incarnatum,  | Et corrige reatum.          |
- Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. — Das Lied ist vermutlich von Philippus de Grevia.

XVIII.

- |                           |                         |
|---------------------------|-------------------------|
| Anima:                    | 25. Vetitum licitum     |
| Jugi lacrima              | Putes ad libitum,       |
| Diffuse,                  | De via                  |
| Dilue                     | Curans, non de patria,  |
| 5. Sauciae                | Da naturae              |
| Sordes conscientiae,      | 30. Debita culturae,    |
| Fac tibi tutum            | Laetos age dies,        |
| Luteum vas, exue lutum,   | Leves requies           |
| Subitus                   | Cura, taedium           |
| 10. Exitus                | Sit, quod juvet pium.   |
| Pium ne propositum        | 35. Lis haec, ratio,    |
| Perimat,                  | Tuo judicio             |
| Meritum                   | Finem subeat.           |
| Redimat                   | Cohibeat                |
| 15. Vitae damna perditae. | Carnis impetus          |
| Caro: spiritui            | 40. Judicis metus,      |
| Quid subderis?            | Expietur anima          |
| Quid tenui                | Carnis victima,         |
| Flatu suspenderis?        | Libere                  |
| 20. Ad solita             | Servitutis opere        |
| Revertere,                | 45. Spe salutis vigeat, |
| Via trita                 | Poenitentia             |
| Curritur libere,          | Gratiae pateat          |
| Stes lege divitum,        | Patriae via.            |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

XIX.

- |                   |                    |
|-------------------|--------------------|
| Doceas hac die    | Jesu pie,          |
| Viam patriae,     | Me de sortis vanae |
| Fons gratiae,     | Solvas et humanae  |
| Spes veniae,      | Carnis carcere,    |
| 5. Terminus viae, | 10. Rege,          |

- Quem sub lege  
Jubes degere,  
Sine luce  
Tua duce  
15. Nihil prospere  
Possum agere,  
Vitae  
Des fructum de vite  
Elicere,  
20. Fecunde  
Gratiam funde,

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

XX.

- Doce nos hodie  
Viam prudentiae  
Stabilem,  
Christi veritas,  
5. Et qui lucem habitas  
Inaccessibilem,  
Pelle gratia  
Splendoris  
Noctis taedia,  
10. Remedia  
Moeroris  
Gentibus  
Intus gementibus  
Tribue,  
15. Tuac gregi pascuae  
Da spiritum timoris,  
Ut te diligat  
Et eligat  
Arduae  
20. Vitae semitas,  
Ne foris

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

XXI.

- Doce nos optime,  
Vitae fons, salus animae,  
Mundo nos adime,  
Rex unigenite,  
5. Vena divite  
Cor imbue,  
Os instrue,  
Opus restitue  
Manus strenuae,

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

- Cujus abunde  
Effluant undae,  
Unde  
25. Sint animae  
Fide mundaе,  
Spe jucundaе,  
Da gratiae rore  
Sancti spiritus amore  
30. Proficere,  
Me qui docebit.  
  
Sit ut virgo fatua,  
Vacua  
Liquoris  
25. Et exstincta vasa gerens,  
Frustra quaerens  
Aditum  
Jam clausa janua.  
Igitur te vocibus  
30. Supplicibus,  
Pie rex gloriae,  
Petimus,  
Per quem fugimus  
Tenebras erroris,  
35. Ad te suspirantibus  
Da spiritum,  
Paraclitum,  
Cujus unctio  
Vitium arcebit  
40. Et excluso vitio  
De virtutibus  
Nos docebit.

XXII.

- |                          |                          |
|--------------------------|--------------------------|
| Mens fidem seminat,      | Fide, spe maritat,       |
| Fides spem germinat,     | Miscet harmonias,        |
| Caritas exterminat       | Parit varias             |
| Metum et eliminat.       | Melodias.                |
| 5. Germen fit de semine, | 25. Caritas est bonum,   |
| Florem germen propinat,  | Quod mentem justificat   |
| Fructum flos propaginat, | Per gratias,             |
| Virtus fit hoc ordine:   | Verae lucis donum,       |
| Fides spei,              | Quod tenebras purificat. |
| 10. Spes est ei          | 30. Hanc sitias,         |
| Radix et initium,        | Vanas scias              |
| Quae sola major omnium,  | Linguas, prophetias,     |
| Extrema ligans medium,   | Rerum copias,            |
| Quae vitium              | Hanc ni capias,          |
| 15. Declinat, odium      | 35. Hanc ni sapias;      |
| Vitat,                   | Vias devias              |
| Nos invitat              | Per hanc fugias,         |
| Cursus ad stadium,       | Arbor fias,              |
| Vitae bravium,           | Ut bonum parias          |
| 20. Mentem ditat,        | 40. Fructum in odorem.   |
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. —  
 Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23) B. — 21.  
 Fides B. — 26. Mentem quod.

XXIII.

- |                          |                      |
|--------------------------|----------------------|
| Homo, quo vigeas         | Speciose             |
| Vide,                    | Valeas,              |
| Dei                      | Virtuti,             |
| Fidei                    | 25. Saluti           |
| 5. Adhaereas,            | Omnium studeas,      |
| In spe gaudeas           | Noxias               |
| Et in fide               | Delicias             |
| Intus ardeas,            | Detesteris,          |
| Foris luceas,            | 30. Opera            |
| 10. Turturis retorqueas  | Considera            |
| Os ad asellas,           | Quae si non feceris, |
| Docens ita               | Damnaberis,          |
| Verbo, vita,             | Hac in via           |
| Oris vomere              | 35. Milita           |
| 15. De cordibus fidelium | Gratiae              |
| Evellas lolium,          | Et praemia           |
| Lilium                   | Cogita               |
| Insere                   | Patriae,             |
| Rosae,                   | 40. Et sic tuum      |
| 20. Ut alium             | Cor in perpetuum     |
| Per hoc corripere        | Gaudebit.            |

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian Pl. 29. 1. A. —  
 Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23) B.

XXIV.

- |                      |                    |
|----------------------|--------------------|
| Veste nuptiali       | In sede speciali,  |
| Splendore figurali,  | Caveas,            |
| Non tam corporali    | 10. Ut habeas      |
| Quam habitu mentali  | In habitu te tali, |
| 5. Nuptias introeas, | Quod non exeas     |
| Sic fulgeas,         | De domo            |
| Ut sedeas            | pulsus regali.     |
- Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

XXV.

- |                          |                            |
|--------------------------|----------------------------|
| Frater, jam prospicias,  | Ut non corrumpare.         |
| Ut abjicias              | Si res vis servare,        |
| Has delicias,            | 20. In causas non impias   |
| Quae te varias           | Debes erogare,             |
| 5. Trahunt ad ineptias.  | Nam te dispensare,         |
| Frater, ne lascivias     | Non luxuriare              |
| Ob divitias              | Vult, qui affluentias      |
| Immo recordare,          | 25. Rerum scit donare.     |
| Christus inops anxias    | Frater, sane praescias,    |
| 10. Quot tulit angustias | Istas opum copias          |
| Et memento quare.        | Christus multis sole! dare |
| Res si resignare         | Ad experientias;           |
| Nondum velis proprias,   | 30. Ergo si sufficias,     |
| Caute contemplare,       | Ut per hoc proficias,      |
| 15. Ut ad immunditias    | Igitur incipias            |
| Rebus non utare,         | Fratrum supportare         |
| Discas abundare,         | Miserias.                  |

Cant. ms. Toletan. saec. 13/14. Cod. Matriten. Tolet. 980 (33—23). A —  
 Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. -- 4.  
 Quo te. — 7. Ob delicias A. — 10. tulerit B. — 26. sane pretias B.

XXVI.

- |                         |                                   |
|-------------------------|-----------------------------------|
| In omni fratre tuo      | Odii sermonibus,                  |
| Non habeas fiduciam,    | Nulla modo credas te talibus,     |
| Quoniam                 | Quia mors est                     |
| Livor est in pluribus   | in linguae manibus,               |
| 5. Dolum acuentibus     | 15. Vestiti sunt enim duplicibus, |
| Ut novaculum,           | Pace foris et intus fraudibus,    |
| Servient ad oculum      | In occultis adstant divitibus,    |
| Et sub verbis dulcibus  | Ut noceant nugis fallacibus.      |
| Tuis ponent gressibus   | A fructibus                       |
| 10. Offendiculum.       | 20. Et non vestibus               |
| Linguae solvunt jaculum | Chaym tribus                      |

- Notae sunt hominibus,  
 Ut caveas  
 Tibi, Joseph, habeas,  
 25. Ne doleas,  
 In speculum  
 Judae fallax osculum,  
 Remum, Romulum,  
 Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cod. Montis Pessulani H  
 196 saec. 14. B. — Das Lied ist wahrscheinlich von Philippus de Grevia.

XXVII.

- Velut stellae firmamenti  
 Fulgent sacra praelatorum,  
 Bases sacri fundamenti,  
 Fons virtutum, via morum,  
 5. Decor ornamenti,  
 Nubes mel stillantes,  
 Sunt venti fecundantes  
 Terram, agrum, vineam,  
 Exstirpantes tineam,  
 10. Spinas, lolium,  
 Inserentes lilium  
 In cordibus fidelium,  
 Grana pura  
 separant a palea,  
 15. Pro supernis  
 spernunt terrea,  
 Irradiant  
 clave scientiae,  
 Culpas piant,  
 Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.
20. Reos solvunt  
 clave prudentiae  
 Ad praemia  
 Non nectunt  
 Retia  
 25. Nec oculos  
 Ad loculos  
 Flectunt,  
 Agni mitis eligunt  
 Vestigia,  
 30. Ad amorem dirigunt  
 Gregem, vitae pascua,  
 Cum gloria  
 Lampade non vacua  
 Ad regias  
 35. Nos ducunt nuptias,  
 Nos per pia  
 Sublevant suffragia.

XXVIII.

- Error popularis  
 Palam ponitur,  
 Sedes praesularis  
 Facta pupillaris  
 5. Venditur,  
 Dare sub avaris  
 Dum suspenditur,  
 Et Ares ab aris  
 Dum eliditur,  
 10. Laeditur  
 Vir ruralis,  
 Curialis  
 Ex nummo renascitur,  
 Magistralis  
 15. Laus a scalis
- Praesulum repellitur,  
 Papalardalis  
 Presbyteralis  
 Fraus plena malis  
 20. Occulitur;  
 Plebs vivit talis,  
 Praeses est qualis,  
 Qui fastus alis  
 Erigitur.  
 25. A quo fas pervertitur,  
 Saporalis  
 Doctrinalis  
 Terram sapit  
 Et conteritur,  
 30. Bubulus extollitur,

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Praesuli collateralis<br/>Asinus consulitur,<br/>Illi creditur,<br/>Cardinalis,<br/>35. Vir Latialis<br/>Donis emitur,<br/>Exstinguitur<br/>Lux sacerdotalis<br/>Et grex oberrans<br/>40. Offenditur.<br/>Capricorno pastoralis<br/>Honor hodie<br/>Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.</p> | <p>Committitur,<br/>Spiritalis<br/>45. Cibus exigitur,<br/>Qui cum sepultura<br/>Venum traditur.<br/>Ergo nummis<br/>Honor impenditur<br/>50. Et realis<br/>Et vocalis,<br/>Et destituitur<br/>Lex, quam dederat<br/>Dominus.<br/>Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

XXIX.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Hypocritae, pseudopontifices,<br/>Ecclesiae duri carnifices,<br/>In crapulis<br/>Epulis<br/>5. Calices<br/>Geminant,<br/>In lacrimis<br/>Frutices<br/>Seminant,<br/>10. Incathedris cum Jove fulminant,<br/>Ut iudices<br/>Et vindices<br/>Hypocritae supplices<br/>Et simplices<br/>15. Nominant,<br/>Sed duplices,<br/>Qui divinant,<br/>In sedibus munerant,<br/>Ad oculos<br/>20. Loculos<br/>Singulos<br/>Ruminant,<br/>Aculeum<br/>Felleum<br/>25. Mel propinant,<br/>Lubrificant,<br/>Fabricant<br/>Errorum codices<br/>Et facies<br/>30. Suas exterminant,<br/>Libidinum,<br/>Criminum<br/>Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.</p> | <p>Artifices, diminuunt<br/>Pondera staterae<br/>35. Judiciis opprimunt pauperes,<br/>Hi paleae luteri lateres<br/>Inficiunt<br/>Vias bonas veteres,<br/>O misera conditio magnatum,<br/>40. Tot capita phantasmatum<br/>Obumbrant cineres,<br/>Triste sabbatum,<br/>Pallor climatum<br/>In facie<br/>45. Patet<br/>Et macie<br/>Simplicitas,<br/>In animo latet<br/>Duplicitas;<br/>50. O veritas,<br/>Quae sub nube lalitas,<br/>O bonitas,<br/>Possideat<br/>Timor hypocritas,<br/>55. Ne noceat<br/>Duplex iniquitas,<br/>Duplex falsitas;<br/>O caritas,<br/>Semitas<br/>60. Abditas,<br/>Vitas<br/>Debitas<br/>Cognitas<br/>Doceas et habitas.<br/>Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

XXX.

- |                                                                                                             |                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| In veritate comperi,<br>Quod sceleri<br>Cleri studet unitas,<br>Livor regnat, veritas                       | Simulata sanctitas,<br>Ut Thamar in bivio                                                                           |
| 5. Datur funeri,<br>Haeredes Luciferi<br>Sunt praelati,<br>Jam elati<br>Gloria,                             | 25. Turba marcens otio<br>Totum orbem inficit<br>Nec deficit<br>Nec proficit<br>Data libertati,                     |
| 10. Membra domat alia<br>Capitis insania;<br>Caeci ducesque caecorum<br>Et caecati terrenorum<br>Idolatria, | 30. Castitatem polluit,<br>Caritatem respuit,<br>Studens parcitati<br>Sedet in insidiis<br>Hominum prae filiis,     |
| 15. Quaerunt omnes propria,<br>Manus patent<br>Et jam latent<br>Crucis beneficia;<br>Iuge, Sion filia,      | 35. Pauperum ut rapiat<br>Et linguarum gladiis<br>Justum ut interficiat;<br>Non est, qui bonum<br>Faciatur istorum, |
| 20. Fructus urit messium<br>Ignis in caudis vulpium,<br>Tristes per hypocritas                              | 40. Quorum<br>Conscientia<br>Spelunca latronum.<br>Haec vide videns omnia,<br>Deus ultionum.                        |

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. A. — Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. B. — Cod. Montis Pessulani H 196 saec. 14. C. — Cod. Bamberg. Ed. IV 6 saec. 13/14. D. — 10. domant ACD. — 13. Excaecati BC. — 17. Sed jam B. — 25. marcet B; oscio A. — 27. Et deficit D. — 28. Sed perficit B. — 37 sqq. fehlen B. — Wahrscheinlich von Philippus de Grevia.

XXXI.

- |                                                                                                                               |                                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Venditores labiorum<br>Fleant advocati,<br>Qui plus student praemiorum<br>Dandae quantitati,                                  | Stantes causis procerorum,<br>Jus pervertunt decretorum,<br>Sanctas leges antiquorum,                                |
| 5. Quam causae qualitati.<br>Ad consulta praelatorum<br>Multi sunt vocati,<br>Sed electi pauci, quorum<br>Adquiescat animorum | 15. Nummis obligati,<br>Duplices probati,<br>Mala foveant perversorum<br>Scelus operati,<br>Qui attendet, occultorum |
| 10. Virtus aequitati;<br>Parcunt feritati                                                                                     | 20. Judex Christus nec eorum<br>Parcat falsitati                                                                     |

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13. — Wahrscheinlich ist Philippus de Grevia Verfasser des Liedes.

XXXII.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Audi, chorus, organicum<br/>Instrumentum musicum,<br/>Modernorum artificum<br/>Documentum mellicum</p> <p>5. Ludentem<br/>Canere<br/>Laudabiliter,<br/>Docentem<br/>Ludere</p> <p>10. Amabiliter.<br/>Docens breviter,<br/>Leniter, subtiliter,<br/>Dulciter, habiliter.<br/>Scio, persuadeo,</p> <p>15. Hoc amplectere,<br/>Jubeo, commoneo,<br/>Hoc attendere,<br/>Menti figere.<br/>Musicae milites,</p> <p>20. Te habilites,<br/>Usus exercites,<br/>Artem visites.<br/>Docilem<br/>Pectore</p> <p>25. Te praebeas,<br/>Agilem<br/>Corpore<br/>Te exhibeas,<br/>Folibus pendeas,</p> <p>30. Bene flatites,<br/>Habeas</p> | <p>Ista, ne praetereas,<br/>Diligenter caveas.<br/>His praehabitis</p> <p>35. Cantum perface,<br/>Doctis digitis<br/>Sonum musicae<br/>Neumis placitis.<br/>Gravis chorus succinat,</p> <p>40. Cui sonorus buccinat,<br/>Choro chorus accinat<br/>Daphnitico<br/>Modo et organico.<br/>Nunc acutas moveas,</p> <p>45. Nunc ad graves redeas<br/>Saltu lyrico,<br/>Nunc per voces medias<br/>Transvolando salias<br/>Saltu nobili,</p> <p>50. Manu mobili,<br/>Delectabili,<br/>Laudabili,<br/>Cantabili.<br/>Tali jubilo,</p> <p>55. Mellis aemulo,<br/>Placens populo,<br/>Qui miratur<br/>Et laetatur,<br/>Tunc cantatur</p> <p>60. Et laudatur<br/>Deo sedulo,<br/>Qui regnat per saecula.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Trop. ms. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 95.

# ANHANG II.

MELODIEEN.

---




# I.

Cant. ms. Petri de Medicis sacr. 13.


Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

Mun-dus ver - gens in de - fec - tum Ca - sum pro - bans


per ef - fec - tum Se fal - la - cem ex - u - it,




Nam re - mo - ta frau-dis ar - te Nos de - le - re



vi vel ar - te, Quod jam pa - tet, ad - stru - it,



Et dum his se ap - pli - cat, Quod ex - pli - cit, ex - pli - cat.



II.

Cant. ms. Toletanum saec. 13.

Cod. Matriten. Tolet. 930 (33-23).

Mor-te tu mor-ti mor-tem de-dis-ti, Tar-ta-ra for-ti

Ma-nu fre-gis-ti, Ju-re su-i me-ri-ti

Ne-mo pot-est ni-ti, Er-go tu-i mi-li-ti

Fac mi-se-ri-cor-di-am.

III.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.

Ec clip - sim pa ti - tur

Splen - dor mi - li - ti - ae, So lis ex -

stin - gui - tur Ra - di - us ho - di - e,

Lux mun - di la - bi - tur, Dum flos Brit - tan - ni - ae

De vi - a mit - ti - tur In se - dem pa - tri - ae,

Mors sor-tis as-pe-rae

Cunc-tis ae-qua non no-vit par-ce-

re.


re.

#### IV.


Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.


Ut non po-nam os in cae-lum, In in-cer-tum



mit - to te - lum, Qui pro - ten - dunt De - i ze - lum,



Post ho - no - ris a - pi - cem Le - gis ser - vant car - ti - cem




Et co - lan - tes cu - li - cem Glu - ti - unt ca - me - lum.


V.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.



Ex - sul - tet plebs fi - de - li - um, Sac - co pas - so  
Planctum ver - tit in gau - di - um, Planctum ver - tit



dis - ci - di - um Ves - ti - vit nos lae - ti - ti - a,  
in gau - di - um, Sum - ma Chris - ti vic - to - ri - a.

VI.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.



Chris-to psal-lat ec-cle-si-a,  
Mi-tis mi-se-ri-cor-di-a,  
Re-dem-ta Si-on fi-li-a } Det lau-dem re-



gi glo-ri-ae, Mi-tis mi-se-ri-cor-di-a



Mor-tem de-stru-xit ho-di-e.


VII.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.



Ve-tus pur-gans fa-ci-nus, } Do-lo-ris est  
Re-sur-rex-it Do-mi-nus, } Re-sur-rex-it



ter-mi-nus Lux ho-di-er-na,  
Do-mi-nus, Sa-lus ae-ter-na.


VIII.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13.

Cod. Laurentian. Pl. 29. 1.



Om-nes gen-tes, plau-di-te, }  
Re-gi pas-so psal-li-te, } Vic-tus est, qui  
Hym-num De-o di-ci-te, }



# IX.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13.

Ve - ni, sanc - te spi - ri - tus, Spes om - ni - um, Et e - mit - te

coe - li - tus, Ve - ni sanc - te spi - ri - tus, Per - scru - ta - tor

in - cli - tus Es cor - di - um, Ve - ni, sanc - te spi - ri - tus,

Spes om - ni - um, Con - fer lu - men cor - di - bus,

Ve - ni, sanc - te spi - ri - tus.

# X.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13.

Cum sit om - nis ca - ro foe - num Et post foe - num

(b)

fi - at coe - num, Ho - mo, quid ex - tol - le - ris?

Cer - ne, quid es et quid e - ris, Mo - do flos es

et ver - te - ris In fa - vil - lam ci - ne - ris

Et in ter - ram re - ver - te - ris; Ter - ram te - ris,

ter - ram ge - ris, Qui de ter - ra su - me - ris.

# XI.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13.

Pa - ter sanc - te, dic - tus Lo - tha - ri - us,  
Ap - pel - la - ris nunc In - no - cen - ti - us,

Qui - a lo - tus bap - tis - mi gra - ti - a,  
No - men ha - bens ab in - no - cen - ti - a;

Di - vi - ni - tus vo - ca - ris ter - ti - us,  
Ter - na - ri - i sig - nant mys - te - ri - a,

Tri - ní - ta - tis quod sis vi - ca - ri - us.

## XII.

Cod. Londinen. Egerton 274. saec. 13.



Bul - la ful - mi - nan - te, Sub ju - di - ce to - nan - te

Re - o ap - pel - lan - te, Sen - ten - ti - a gra - van - te

Ve - ri - tas sup - pri - mi - tur, Dis - tra - hi - tur et ven - di - tur

Jus - ti - ti - a pro - stan - te, I - tur et re - cur - ri - tur

Ad cu - ri - am nec an - te Quid con - se - qui - tur,

Quam ex - u - i - tur qua - dran - te.

## XIII.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13.



Quis - quis cor - dis et o - - cu - li Non sen - tit in

se jur - gi - a, Non no - vit, qui sint sti - mu - li,

Quae cul - pae se - mi - na - ri - a, Cau - sam ne - scit

pe - ri - cu - li, Cur al - ter - nent con - vi - ci - a,

Cur pro - ca - ces et ae - mu - li Re - pli - cent in

se vi - ti - - a.

#### XIV.

Cod. Londinen. Egerton 274 saec. 13.

Vi - ti - a vir - tu - ti - bus Ob - vi - a cum om - ni - bus

Di - mi - cant, Im - pli - cant se va - ri - e.

#### XV.

Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8433 saec. 13.

Ho - mo, vi - de quae pro te pa - ti - or,

Si est do - lor, si - cut quo cru - ci - or,

Ad te cla - mo, qui pro te mo - ri - or,

Vi - de poe - nas, qui - bus af - fi - ci - or,

Vi - de cla - vos, qui - bus con - fo - di - or,  
 Cum sit tan - tus do - lor ex - te - ri - or,  
 In - te - ri - or Planc-tus est gra - vi - or,  
 Tam in - gra - tum dum te ex - pe - ri - or.

## XVI.







Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8433 saec. 13.

Mun-dus a mun-di - ti - a, Dic-tus per con-tra - ri - a  
 Sor-det im - mun-di - ti - a Cri-mi-num Cres-cit in  
 ma - li - ti - a, Cul-pa ne-scit ter - mi - num.

## XVII.

Cod. Parisin. (ol. S. Albini Andegaven.) 8433 saec. 13.




Ho - mo, con - si - de - ra, Qua - lis, quam mi - se - ra  
 Vi - ta mor - ti - fe - ra Poe - nae pu - er - pe - ra,  
 Sors vi - tae sit mor - ta - lis, Fo-men - tum est  
 Mors ve - ra, mors vi - ta - lis,



# XVIII.

Grad. ms. Mosburgense anni 1360.

Cod. Univ. Monacen. 157.




# XIX.

Grad. ms. Porcetense saec. 12/13. Cod. Darmstadien. 931. add. saec. 14.



Lau-det lae-tus nos-ter coe-tus Vi-ven-tem cum mor-tu-is,



Qui nos e-mit et re-de-mit San-gui-nem per pro-pri-um.

# XX.

Grad. ms. Porcetense saec. 12/13. Cod. Darmstadien. 931. add. saec. 14.



O Chri-sti mi-li-tes in-cli-ti, Cu-nis fas-ci-



is-que ar-ma-ti, Ma-trum su-gen-tes u-be-ra




Sump-sis-tis tri-um-pha-li-a.

# XXI.

Cod. Montis Serrati s. n. saec. 15.

(b)



Scri-be-re pro-po-su-i De-con-temp-tu mun-da-no,  
Ut de-gen-tes sae-cu-li Non mul-cen-tur in-a-no,



Jam est ho-ra sur-ge-re A som-no mor-tis va-no.  
Ad mor-tem fes-ti-na-mus, Pec-ca-re de-sis-ta-mus.

# Inhalts-Übersicht.

## Real-Index.

### I.

#### Cantiones de Tempore.

|                                       | Seite |
|---------------------------------------|-------|
| De sanctissima Trinitate . . . . .    | 11—15 |
| De Quadragesima . . . . .             | 15—24 |
| Planctus Christi morientis . . . . .  | 18—20 |
| Dialogus virginis cum cruce . . . . . | 20    |
| De clavo Christi . . . . .            | 22    |
| In die Palmarum . . . . .             | 23    |
| In die Parasceves . . . . .           | 23    |
| De Paschate . . . . .                 | 24—51 |
| De Ascensione . . . . .               | 52    |
| In die Pentecostes . . . . .          | 52—56 |
| De Corpore Christi . . . . .          | 57—59 |
| De Dedicatione Ecclesiae . . . . .    | 59—60 |

### II.

#### Cantiones de Sanctis.

|                                              |       |
|----------------------------------------------|-------|
| In Festo Omnium Sanctorum . . . . .          | 63—64 |
| De sancto Antonio . . . . .                  | 64    |
| De sancto Bernhardo . . . . .                | 65    |
| De sancto Dionysio . . . . .                 | 65—67 |
| De sancta Dorothea . . . . .                 | 68    |
| De sancto Francisco . . . . .                | 68    |
| De sancto Georgio . . . . .                  | 69    |
| De sanctis Innocentibus . . . . .            | 69—70 |
| De sancto Johanne Baptista . . . . .         | 70    |
| De sancto Johanne Evangelista . . . . .      | 73    |
| De sanctis Johanne et Jacobo . . . . .       | 73    |
| De sancta Katharina . . . . .                | 74—75 |
| De sancto Leodegario . . . . .               | 76    |
| De sancta Maria Magdalena . . . . .          | 76—79 |
| Planctus sanctae Mariae Magdalenae . . . . . | 79    |
| De sancta Margareta . . . . .                | 81    |

|                                        |                |
|----------------------------------------|----------------|
| De sancto Nicolao . . . . .            | Seite<br>82—88 |
| De sancto Stephano . . . . .           | 88—89          |
| De sancto Theodolo . . . . .           | 89             |
| De sancto Thoma Cantuariensi . . . . . | 90             |

### III.

#### Cantiones Morales.

|                                                            |         |
|------------------------------------------------------------|---------|
| De Miseria Hominis . . . . .                               | 93      |
| Quod mundus sit transitorius . . . . .                     | 94      |
| De eodem argumento verba Pauli apostoli . . . . .          | 95      |
| Quod haec vita spernenda . . . . .                         | 95—102  |
| Fortuna quam sit mutabilis . . . . .                       | 102     |
| Quod in rebus prosperis non sit gloriandum . . . . .       | 104     |
| Exhortatio ad poenitentiam . . . . .                       | 104—107 |
| Ut a peccatis convertamur . . . . .                        | 107     |
| Lamentatio animae peccata deflentis . . . . .              | 108—111 |
| De filio prodigo . . . . .                                 | 112     |
| Lamentatis filii prodigi . . . . .                         | 113     |
| De triplici inimico nos infestante . . . . .               | 114     |
| Altercatio cordis et oculi . . . . .                       | 114     |
| Altercatio animae et corporis . . . . .                    | 115     |
| Disputatio membrorum . . . . .                             | 116     |
| De pugna vitiorum . . . . .                                | 118     |
| De necessitate gratiae . . . . .                           | 119     |
| Qui virtutem sequitur, beatus est . . . . .                | 121     |
| Fuga saeculi beatos nos reddit . . . . .                   | 122     |
| Utilitas quaedam detractionis . . . . .                    | 123     |
| Canticum sponsae ex cantico canticorum . . . . .           | 123     |
| De sponsa cum sponso quiescente . . . . .                  | 124     |
| De fide et veritate . . . . .                              | 124     |
| Quod veritas odium pariat . . . . .                        | 124     |
| De caritate exsule . . . . .                               | 125     |
| De Curia Romana . . . . .                                  | 126     |
| De malitia temporum modernorum . . . . .                   | 127—132 |
| De malis monachis . . . . .                                | 132     |
| De stabilitate . . . . .                                   | 133     |
| De vitiis curialium . . . . .                              | 134     |
| De ornamentis ecclesiae . . . . .                          | 135     |
| De dignitate sacerdotum . . . . .                          | 135     |
| Quales debent esse qui volunt praeesse . . . . .           | 136     |
| In laudem praesulis . . . . .                              | 137—138 |
| Ad confessionem episcopi . . . . .                         | 139     |
| De admonitione praelatorum . . . . .                       | 140     |
| Planctus Christi de malis praesulibus . . . . .            | 141     |
| Lamentatio . . . . .                                       | 142     |
| Contra eos qui pastoralis officio male funguntur . . . . . | 142—149 |
| De haeresiis . . . . .                                     | 149     |
| De malo pecuniae . . . . .                                 | 149     |
| Quod jus venale sit . . . . .                              | 150—151 |
| De Simonia . . . . .                                       | 151—153 |

|                                                  | Seite   |
|--------------------------------------------------|---------|
| Diogenis cum Aristippo dialogus . . . . .        | 152     |
| De pugna contra luxuriam . . . . .               | 154—158 |
| Mundus ad luxuriani hortatur . . . . .           | 158     |
| De virtutibus cardinalibus . . . . .             | 158     |
| De prole ingenua et adulterina . . . . .         | 159     |
| De circumspectione in dandis muneribus . . . . . | 159—160 |
| De artium conditione . . . . .                   | 161     |
| Exhortatio ad bellum sacrum . . . . .            | 161—164 |
| De excidio Hierosolymae . . . . .                | 164—166 |
| De bello sacro contra Albigenes . . . . .        | 166     |

IV.

Cantiones Variæ.

|                                                               |         |
|---------------------------------------------------------------|---------|
| De clavo Christi . . . . .                                    | 169     |
| Planctus Samsonis . . . . .                                   | 169     |
| De sancto Guilelmo Bituricensi . . . . .                      | 171—172 |
| De Innocentio papa tertio . . . . .                           | 173     |
| De Ottone IV. imperatore . . . . .                            | 173     |
| De Guilelmo Eliensi episcopo . . . . .                        | 174     |
| In funus sancti Alberti episcopi Leodiensis . . . . .         | 175     |
| In mortem Philippi Augusti regis Galliae . . . . .            | 175—176 |
| In funus Henrici II Angliæ regis . . . . .                    | 177     |
| In Richardum I Angliæ regem . . . . .                         | 177—178 |
| In obitum Ferdinandi regis Legionensis . . . . .              | 179     |
| In funus Godefredi ducis Britanniae . . . . .                 | 179     |
| In obitum Henrici Campaniæ comitis . . . . .                  | 180     |
| De obitu Henrici II Campaniæ comitis et matris ejus . . . . . | 181     |
| De urbe Turonensi . . . . .                                   | 182     |
| De caede scholarium Aurelianensium . . . . .                  | 182     |
| Laus Galliae . . . . .                                        | 183     |
| De calamitatibus Galliae . . . . .                            | 184     |

Verbal-Index.

|                                    | Seite |                                   | Seite |
|------------------------------------|-------|-----------------------------------|-------|
| Ad cor tuum revertere . . . . .    | 104   | Artium dignitas . . . . .         | 161   |
| A deserto veniens . . . . .        | 158   | Ascendit Christus hodie . . . . . | 52    |
| Ad honores et onera . . . . .      | 138   | A sinu patris mittitur . . . . .  | 45    |
| Ad infantum triumphantum . . . . . | 69    | Associa tecum in patria . . . . . | 194   |
| Adulari nescio . . . . .           | 124   | A solis ortus cardine . . . . .   | 40    |
| Aeterni patris filius . . . . .    | 24    | Audi chorus organicum . . . . .   | 204   |
| Agmina militiæ . . . . .           | 195   | Aureliani civitas . . . . .       | 182   |
| Alabastrum frangitur . . . . .     | 175   | Ave dulce tu frumentum . . . . .  | 58    |
| Alma dies, dulcis quies . . . . .  | 25    | Ave Maria fons lætitiæ . . . . .  | 187   |
| Alto corde gaudeamus . . . . .     | 78    | Ave purum vas argenti . . . . .   | 76    |
| Anglia planctus itera . . . . .    | 177   | Ave verbum incarnatum . . . . .   | 59    |
| Anima jugi lacrima . . . . .       | 197   | Ave virgo regia . . . . .         | 190   |
| Anni favor jubilæi . . . . .       | 166   | Beata nobis gaudia . . . . .      | 176   |
| Aquæ vivæ dat fluentia . . . . .   | 64    | Beatis nos adhibe . . . . .       | 188   |
| Aristippe quamvis sero . . . . .   | 152   | Beatus qui non abiit . . . . .    | 121   |

|                                        | Seite |                                               | Seite |
|----------------------------------------|-------|-----------------------------------------------|-------|
| Bonum est confidere . . . . .          | 122   | Ecce festum egregii . . . . .                 | 66    |
| Breves dies hominis . . . . .          | 95    | Ecce festum nobile . . . . .                  | 54    |
| Bulla fulminante . . . . .             | 126   | Ecce jam celebra . . . . .                    | 70    |
| Canticum laetitiae . . . . .           | 108   | Ecce orgium . . . . .                         | 54    |
| Cantu miro summa laude . . . . .       | 85    | Ecce rex desiderabilis . . . . .              | 28    |
| Choro jucundo . . . . .                | 32    | Ecce sanctorum <i>κοινων</i> orgium . . . . . | 63    |
| Christicola recordare . . . . .        | 16    | Ecclipsim passus totiens . . . . .            | 172   |
| Christi miles Christo . . . . .        | 90    | Ecclipsim patitur splendor . . . . .          | 179   |
| Christi sit nativitas . . . . .        | 73    | Ego mundi timens naufragium . . . . .         | 132   |
| Christo psallat ecclesia . . . . .     | 43    | Eja stematica . . . . .                       | 33    |
| Christus jam misit inclitum . . . . .  | 55    | Error popularis . . . . .                     | 201   |
| Christus patris gratiae . . . . .      | 45    | Excuset quae vim intulit . . . . .            | 137   |
| Christus vicit resurgendo . . . . .    | 25    | Excutere de pulvere . . . . .                 | 105   |
| Clavis clavo retunditur . . . . .      | 169   | Exsultemus et laetemur . . . . .              | 29    |
| Clavus pungens acumine . . . . .       | 22    | Exsultet haec concio . . . . .                | 86    |
| Coelum non animum . . . . .            | 133   | Exsultet plebs fidelium . . . . .             | 42    |
| Congratulare et laetare . . . . .      | 58    | Fas et nefas ambulant . . . . .               | 160   |
| Corde vero ac sincero . . . . .        | 26    | Fas legis priscoe . . . . .                   | 23    |
| Corusca Sion inclitis . . . . .        | 27    | Felix dies et grata . . . . .                 | 27    |
| Costi regis filia . . . . .            | 75    | Fidelium sonet vox sobria . . . . .           | 44    |
| Crescens incredulitas . . . . .        | 6     | Filii calvariae . . . . .                     | 58    |
| Crimen avaritiae . . . . .             | 127   | Flere libet ac flere debeo . . . . .          | 79    |
| Crucifigat omnes . . . . .             | 161   | Flos de spina rumpitur . . . . .              | 192   |
| Crux de te volo conqueri . . . . .     | 20    | Fons origo trinitatis . . . . .               | 15    |
| Culpa purgator veteris . . . . .       | 47    | Fontis in rivulum . . . . .                   | 146   |
| Cum animadverterem . . . . .           | 109   | Forma poenitentium . . . . .                  | 17    |
| Cum rex Christus gloriae . . . . .     | 28    | Francigenae radii . . . . .                   | 66    |
| Cum sit omnis caro foenum . . . . .    | 95    | Frater jam prospicias . . . . .               | 200   |
| Cum sponsa sponsum quaeritat . . . . . | 123   | Frigescente caritatis . . . . .               | 151   |
| Cur livet hostis impius . . . . .      | 124   | Fulget Nicolaus . . . . .                     | 86    |
| Debet se circumspicere . . . . .       | 159   | Gamatare me per solfare . . . . .             | 191   |
| Decet vox laetitiae . . . . .          | 37    | Gaudeat ecclesia . . . . .                    | 87    |
| Deduc Sion uberrimas . . . . .         | 142   | Gaude Sion devoto gaudio . . . . .            | 51    |
| Deo psallat gloriae . . . . .          | 89    | Gloriosus fervidus . . . . .                  | 69    |
| De patre principio . . . . .           | 37    | Gratulemur dies est laetitiae . . . . .       | 29    |
| De rupta rupecula . . . . .            | 183   | Haec est dies triumphalis . . . . .           | 33    |
| Descende coelitus . . . . .            | 55    | Heu quo progreditur . . . . .                 | 147   |
| De Stephani roseo sanguine . . . . .   | 195   | Hic Dei plenus gratia . . . . .               | 83    |
| Dic Christi veritas . . . . .          | 125   | Hic fulgens virtutibus . . . . .              | 84    |
| Dic qui gaudes prosperis . . . . .     | 94    | Homo considera qualis . . . . .               | 93    |
| Dies est laetitiae in domo . . . . .   | 57    | Homo cur degeneras . . . . .                  | 99    |
| Dies salutis oritur . . . . .          | 47    | Homo cur properas . . . . .                   | 162   |
| Divina providentia . . . . .           | 174   | Homo natus ad laborem . . . . .               | 197   |
| Doceas hac die . . . . .               | 197   | Homo quam sit pura . . . . .                  | 20    |
| Doce nos hodie . . . . .               | 198   | Homo qui semper moreris . . . . .             | 98    |
| Doce nos optime . . . . .              | 198   | Homo quo vigeas . . . . .                     | 199   |
| Dogmatum falsas species . . . . .      | 149   | Homo vide quae pro te patior . . . . .        | 18    |
| Domum obedientiae . . . . .            | 78    | Hypocritae pseudopontifices . . . . .         | 202   |
| Dulces laudes tympano . . . . .        | 88    | Ille civis Paterae . . . . .                  | 83    |
| Duo unum genere . . . . .              | 73    | In agni convivio . . . . .                    | 49    |
| Ecce festum beatae . . . . .           | 75    | In Domino confidite . . . . .                 | 41    |

|                                           | Seite |                                          | Seite |
|-------------------------------------------|-------|------------------------------------------|-------|
| In hac die Dei . . . . .                  | 38    | O felix Biturica . . . . .               | 171   |
| In mundo degentium . . . . .              | 131   | Offerat ecclesia . . . . .               | 50    |
| In occasu sideris . . . . .               | 178   | O Jesu admirabilis . . . . .             | 30    |
| In omni fratre tuo . . . . .              | 200   | O labilis sortis humanae . . . . .       | 97    |
| In paschali gaudio . . . . .              | 31    | O levis aurula . . . . .                 | 20    |
| In paupertatis praedio . . . . .          | 68    | Olim sudor Herculis . . . . .            | 155   |
| In rerum principio . . . . .              | 60    | O Maria mater Christi . . . . .          | 193   |
| In ripa Ligeris . . . . .                 | 182   | O mens cogita . . . . .                  | 97    |
| In salvatoris nomine . . . . .            | 189   | O mira Christi pietas . . . . .          | 96    |
| Inter membra singula . . . . .            | 116   | Omnes audiat. . . . .                    | 153   |
| Intonent hodie . . . . .                  | 86    | Omnes gentes plaudite . . . . .          | 43    |
| In veritate comperi . . . . .             | 203   | Omni paene curiae . . . . .              | 150   |
| Iste puerulus jacens cunabulo . . . . .   | 82    | Omnis in lacrimas . . . . .              | 180   |
| Jerusalem, Jerusalem . . . . .            | 181   | Omnis saltus Libani . . . . .            | 59    |
| Jucundare Gallia . . . . .                | 65    | O mores perditos . . . . .               | 124   |
| Laqueus conteritur . . . . .              | 195   | O mors quae mordes omnia . . . . .       | 176   |
| Latex silice mel petra profluit . . . . . | 17    | O qui fontem gratiae . . . . .           | 53    |
| Laudet laetus noster coetus . . . . .     | 24    | O quotiens vos volui . . . . .           | 19    |
| Laus sit ipsi soli . . . . .              | 105   | Orthodoxe plaudite . . . . .             | 27    |
| Leniter ex merito . . . . .               | 107   | Ortus summi peracto gaudio . . . . .     | 88    |
| Licet aeger cum aegrotis . . . . .        | 145   | Ovans chorus scholarum . . . . .         | 76    |
| Locus hic terribilis . . . . .            | 6     | O varium fortunae lubricum . . . . .     | 102   |
| Lugent Sion et Judaea . . . . .           | 165   | <b>P</b> ange melos lacrimosum . . . . . | 130   |
| Lumen sancti spiritus . . . . .           | 56    | Par concentu rogitō . . . . .            | 68    |
| Luto carens et latere . . . . .           | 39    | Partus semiferos . . . . .               | 129   |
| Luxuriant animi . . . . .                 | 104   | Passionis aemuli . . . . .               | 47    |
| <b>M</b> artyr fuit Stephanus . . . . .   | 89    | Pater sancte dictus Lotharius . . . . .  | 173   |
| Mens fidem seminat . . . . .              | 199   | Praesenti solemnio . . . . .             | 64    |
| Minor natu filius . . . . .               | 196   | Processit in capite . . . . .            | 46    |
| Mors vitae propitia . . . . .             | 40    | Procurans odium . . . . .                | 123   |
| Mundi princeps ejecitur . . . . .         | 41    | Psallat concors symphonia . . . . .      | 70    |
| Mundus a munditia . . . . .               | 144   | Pudore femineo . . . . .                 | 79    |
| Mundus eclipsim patitur . . . . .         | 131   | Pulsa noxae scoria . . . . .             | 60    |
| Mundus vergens in defectum . . . . .      | 184   | <b>Q</b> uia venit Dei donum . . . . .   | 144   |
| Nicolae praesulum . . . . .               | 88    | Quid ultra tibi facere . . . . .         | 141   |
| Nicolai praesulis . . . . .               | 85    | Qui passus est pridie . . . . .          | 31    |
| Nicolaus pontifex . . . . .               | 87    | Qui pro nobis mori non respuit . . . . . | 50    |
| Nitimur in vetitum . . . . .              | 106   | Qui seminant in lacrimis . . . . .       | 119   |
| Nobilitas animi . . . . .                 | 131   | Qui seminant in oculis . . . . .         | 152   |
| Nomen a solemnibus . . . . .              | 163   | Qui servare puberem . . . . .            | 157   |
| Non carnis est sed spiritus . . . . .     | 112   | Quisquis cordis et oculi . . . . .       | 114   |
| Non sint vobis cura . . . . .             | 99    | Qui sub Dione militas . . . . .          | 156   |
| Non te luisse pudeat . . . . .            | 140   | Quo me verum nescio . . . . .            | 143   |
| Novum festum celebremus . . . . .         | 77    | Quomodo cantabimus . . . . .             | 165   |
| Novum sibi texuit . . . . .               | 34    | Quomodo sunt oculi . . . . .             | 142   |
| Novus miles sequitur . . . . .            | 90    | Quo vadis quo progredieris . . . . .     | 107   |
| Nulli beneficium . . . . .                | 139   | <b>R</b> edit aetas aurea . . . . .      | 177   |
| <b>O</b> amor Deus deitas . . . . .       | 11    | Regi regum omnium . . . . .              | 172   |
| O Christi milites incliti . . . . .       | 69    | Regnum Dei vim patitur . . . . .         | 114   |
| O crux ave spes unica . . . . .           | 22    | Relegata vetustate . . . . .             | 34    |
| O curas hominum . . . . .                 | 151   | Reminiscens patrati sceleris . . . . .   | 109   |


|                                  | Seite |                                 | Seite |
|----------------------------------|-------|---------------------------------|-------|
| Rex et sacerdos praefuit . . .   | 173   | Una trium deitas . . .          | 14    |
| Rex omnipotentiae . . .          | 41    | Unicornis captivatur . . .      | 36    |
| Rex virtutum cujus virtus . . .  | 135   | Universorum orgio . . .         | 63    |
| Rimatus omnes curias . . .       | 134   | Ut non ponam os in coelum . . . | 136   |
| Rubens rosa Jesu pie . . .       | 15    | Vae mundo a scandalis . . .     | 148   |
| Sacerdotes Dei Deum . . .        | 135   | Vanitas vanitatum . . .         | 100   |
| Salve mater fons hortorum . . .  | 190   | Vehemens indignatio . . .       | 147   |
| Salve pater luminum . . .        | 14    | Velut stellae firmamenti . . .  | 201   |
| Salve pater nominum . . .        | 13    | Venditores labiorum . . .       | 203   |
| Salve virgo martyr Christi . . . | 81    | Veneris prosperis usa . . .     | 158   |
| Samson dux fortissime . . .      | 169   | Veni creator spiritus . . .     | 52    |
| Sancto Dei Nicolao . . .         | 82    | Veni creator spiritus . . .     | 56    |
| Scribere proposui . . .          | 100   | Veni doctor praevie . . .       | 188   |
| Scribere proposui . . .          | 101   | Veni redemptor gentium . . .    | 55    |
| Sede Sion in pulvere . . .       | 164   | Veni sancte spiritus . . .      | 56    |
| Seminavit Graecia . . .          | 67    | Venit Jesus in propria . . .    | 164   |
| Serena virginum . . .            | 191   | Veris ad imperia . . .          | 36    |
| Si mundus viveret . . .          | 149   | Veritas aequitas largitas . . . | 127   |
| Sion gaude duc choreas . . .     | 35    | Veritas veritatum . . .         | 120   |
| Sol eclipsim patitur . . .       | 179   | Veste nuptiali . . .            | 200   |
| Soli nitorem aequori . . .       | 138   | Vetus purgans facinus . . .     | 43    |
| Suspirat spiritus . . .          | 109   | Vide quo fastu rumperis . . .   | 159   |
| Temporum memoria . . .           | 108   | Vineam meam plantavi . . .      | 47    |
| Tempus adest gratiae . . .       | 51    | Virginis in gremio . . .        | 187   |
| Terit Bernhardus terrea . . .    | 65    | Virgo Costi filia . . .         | 73    |
| Tetigit me Dominus . . .         | 111   | Virgo gemma Graeciae . . .      | 73    |
| Transite Sion filiae . . .       | 49    | Vitae perditae me legi . . .    | 113   |
| Trinae vocis tripudio . . .      | 148   | Vitam duxi jucundam . . .       | 156   |
| Tu deitati carnem unisti . . .   | 35    | Vitia virtutibus . . .          | 118   |
| Turmas arment Christicolae . . . | 175   | Vivere quae tribuit . . .       | 39    |
|                                  |       | Vocis tripudio . . .            | 46    |

## Corrigenda.

- Seite 25 Zeile 11 v. o. lies dulcis quies statt qui es.  
 „ 125 No. 181 lies De Caritate exsule statt De Veritate.  
 „ 191 Zeile 2 v. o. ist vielleicht zu lesen Me per sol fa re.







vol. 21 # 10801

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES  
59 QUEEN'S PARK CRESCENT  
TORONTO - 5, CANADA

1 0 8 0 1





GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart

